DECISIONES SAC. REG. CONS. NEAPOLITANI.

IO. THOMA MINADOO PATRITIO NEAPOLITANO

CAROLO V. CAESARI AC PHILIPPO REGI IN REGNO NEAPOLITANO A CONSILIIS

AVTHORE.

Cum nouissimis, ac locupletissimis Additionibus

FLAMINII MONACI PONTIFICII, & CAESAREI I. C. PATRITII CONSENTINI.



ROM. SOC. IESV. BIBL. SEC. COLL.
IHS

NEAPOLI, Apud Dominicum Maccaranum M. DC. XXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

PERILLVSTRI DOMINO

IO. ALOYSIO CAPYCIO PISCICELLO

MAGNAE CVRIAE VICARIAE IN CAVSIS CIVILIBVS IVDICI MERITISSIMO.

IOANNES DOMINICVS BOVE. P. F.

DEcisiones quas olim doctissimus Minadous Iurisconsultus, Regius Consiliarius ediderit, quòd plurimum vtilitatis legalium studiosis attulere, denuò typis mandandas curaui, ne pręclaro tanti viri thesauro careamus. Accesserunt Flaminij Monaci Consentini peritissimi Iurisconsulti additiones, quæ quantum gloriæ Auctori sint allaturæ, ij cognoscunt, quibus huiusmodi eruditorum virorum, labores assiduis vigilijs elucubratę placere consueuerunt. Eas tibi dicandas censui (Perillustris Eques PISCICELLE) qui in eiusmodi studijs ità excellis, vt non modò inter pares niteas, sed à Regia Maiestate ad diudicandas lites summo cum tui nominis honore, fueris

Digitized by Google

fueris euocatus, atque ita vt quarta vice in Magna Curia Vicarię Iudex electus, Decanus tuæ Aulæ exſtiteris, tanta cùm omnium acclamatione, tantoquè litigantium conſenſu, vt cum te Iudicem habuerint, cœlitus ad eorum animos placandos te miſſum exiſtimarint. Tuæ id maximæ debetur virtuti, tuoquè ſplendori, qui parentibus Illuſtriſſimis ortus, Capuanæ Centurię tantum luminis addidiſti, quantum ex tanto viro loquendo, ſcribendo, iudicando potuit oriri. Ea qua ſoles benignitate paruum munus accipere digneris, maximum futurum ſi omnes cognouerint me tibi eſſe deditiſſimum. Vale.

Digitized by Google

Clariſſimi viri

IOAN. THOMAE MINADOI DECISIONES

Sacri Regij Conſilij Neapolitani.

SVMMARIVM.

1 *Editio de iure fieri debet, vt poſſit quis deliberare.*
2 *Edenda ſunt omnia, quibus quis vſurus eſt.*
3 *Prædo reſtituendus.*
4 *Feudalia non poſſunt ſine titulo poſſideri.*
5 *Concluſio libelli attendi debet, & non narratio. num. 6.*
7 *Admitti non debet id, quod non releuat.*
8 *Verba enunciatiua non alterant iudicium.*

DECISIO PRIMA.

ANtonius Pignatellus egit ſpolio contra Illuſt. Principem Biſiniani, dicens q̃ tenens, & poſſidens quoddam Caſtrum iuſtis & legitimis titulis mediantibus, fuit ſpoliatus armata manu &c. Fuit petitum per Principem exhiberi titulum ſaltem ad effectum deliberandi: quia ſi videbit titulum eſſe iuſtum & legitimum, prout ex aduerſo fuit mentionatum, forte cedet liti, & aliter non poſſet deliberare † quo caſu de iure editio fieri debet, 1 vt no. in l. edita. C. de eden. latè per Iaſon. & alios in §. curare. inſtitu. de actio. & in cap. primo de probat.

¶ Præterea, cùm non ſit deducta ſimplex poſſeſſio ſed iuſtificata ex titulo debet titulus exhiberi: quia† edenda ſunt 2 omnia, quibus vſurus eſt. l. prima §. edẽda, ff. de eden. cum ſimilib. Et † licet 3 etiam prædo ſit reſtituendus. c. ex litetis, & c. conquerenti. de reſtitu. ſpoliat. cum ſimil. tamen, cùm deduxit iuſtitiã poſſeſſionis, debet de illius iuſtitia cognoſci, & conſequenter debet fieri editio tituli, cùm de eo cognoſcendum ſit.

¶ Præterea, hoc caſu tractatur de feudalibus, & iuriſdictionalibus, † quæ non 4 poſſunt ſine titulo poſſideri, vt in conſtitu. Regni, ea quæ ad decus. Ideo vt audiatur in reſtitutione, oportet ipſum deducere titulum, aliàs non reſtitueretur, c. ad decimas. de reſti. ſpolia. Et ideo vt pars poſſit ſe defendere aduerſus

Digitized by Google

sus titulum, debet fieri exhibitio.

¶ In contrarium tamen fuit dictum, quòd licet in narratione fiat mentio tituli, tamen in conclusione Actor non se astrinxit nisi ad simplex possessorium
5 vnde † attenta conclusione quæ attendi debet. l. certi conditio. §. quoniam, ibi Bart. ff. si cert. pet. l. si duo. ff. vti posside. non debet haberi aliqua ratio tituli mentionati, & ita in proprijs terminis allegabatur decisio Abba. in capit. ex parte de foro cõpeten. vbi vult, quòd
6 † narratio petitorij non sit attendenda, si concluditur in possessorio tantum.

¶ Præterea, exhibitio petita videbatur calumniosa, cùm reus verisimiliter poterat esse certus de titulo, ideo exhibitio fieri non debet per ea quæ dicuntur in ca. cùm dilecti, de dolo & contuma. not. in d. l. edita, & in ca. j. de libelli oblatio. & magis opponebatur ad dilatandum causam.

¶ Præterea, cùm non sit habenda ratio nisi spolij, frustra petitur exhibitio
7 tituli, & sic non debet admitti ad id quod non releuat. l. aliquando. in fin. ff. ad Trebellia. not. in l. transigere. C. de transac. per Fely. in c. cognoscentes. de constit.

¶ Nec obstat illa iustificatio possessionis per titulum: quia illa verba sunt
8 enunciatiuè posita † & non alterant iudicium possessorium, per doctrin. Abb. in d. c. ex parte.

¶ Et licèt res ex Dominis Cõsiliarijs, inter quos fuit Viceprothonotarius, & Dominus Ant. Capici. tenuissent primam opinionem, tamen fuit decretum secundum hanc vltimam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Socer habet beneficium. l. maritum sol. matrim.*
2 *Beneficio tali renunciari non potest, cum iuramento.*
3 *Periurus non est audiendus.*
4 *Creditor accipit in solutum meliora bona debitoris.*

DECISIO II.



Vit præsentatum instrumentum secundum formam ritus per Magnificam Marellam de Castellis contra Antonium Caracciolum socerum, per quod promiserat sibi soluere antephactũ, & cùm Magna Curia procederet ad liquidationem iuxta formã dicti ritus, fuit appellatum ad Sacrum Consilium, & dubitatum, an nurus cõtra socerum possit criminaliter agere, & an socer contra nurum habeat beneficium hoc nè carceretur.

¶ Circa prędicta dicebatur, quod non possit criminaliter agi ad periurium ratione reuerentiæ debitæ socero, vt in l. qui accusare. in fin. & in l. hi tamen. ff. de accus. cum similib. Et ita fuit obseruatum in causa Comitissæ Muri cum filia Ducissæ Grauinæ: quia fuit sublata accusatio criminalis periurij. Sed dicebatur, quod casus erat diuersus de filia ad nurum, maximè soluto matrimonio, sed quia partes in hoc concordabant, quòd non ageretur criminaliter, ideo non fuit discussum, sed petebatur carceratio ratione ritus, qui habet locum etiam non appositio iuramento, sed ratione solius pœnæ, vt in alio ritu continetur.

¶ Ideo circa hoc secundum dubium
1 dicebatur, quod † socer habet beneficium, vt in l. maritum. ff. l. matr. & not.
2 in l. alia, in §. eleganter. ff. eo. tit. Et † ꝙ huic beneficio nec etiam cum iuramẽto renuntiari possit, vt per Alex. in d. §. eleganter, quia debetur ratione reuerentiæ.

¶ Sed ad hoc replicabatur, quòd Consuetudo Neapolitana tollit hoc remedium, eo maximè quòd ista erat promissio facta post mortem filij ipsius Antonij, & consequenter postquam illud remedium competere potuisset, vnde se obligando cum iuramento & simpliciter, videtur illi remedio, & si competijsset,

Digitized by Google

ti jſſet,renuntiaſſe, ſicuti dicimus in ſocio,per Ioan.Lup.latè in ca.per veſtras de donatio.inter vir.& vxo.

¶ Sed ad hoc reſpondebant aliqui ex Dominis, quòd licet non habeat beneficium deductionis ne egeat, nõ tamen debebat carcerari,ſi bona habeat,& põderabant id quod in his terminis conſuluit Albert.Brun.in conſ.49.qui conſuluit, non eſſe fiendam deductionem ne egeat,& ideo cùm per dictum Antonium offerantur bona non debet propterea carcerari.

¶ Sed aliquando iſta conſideratio non videbatur habere rationem, cùm ideo non daretur poteſtas carcerandi: quia illud remedium competit, vt nõ teneatur inſolidum, ſed ſi teneretur inſolidũ eſt ſublatum illud priuilegium, ergo etiam poterat carcerari.

¶ Ego eram in opiuione, quòd cùm iſta obligatio fuiſſet contracta poſt ſolutum matrimonium,& ſic poſtquam potuiſſet competere.hoc priuilegium, ſe obligaſſet præcisè cum iuramento,& cum ampliſſimis renunciationibus,præſertim de dandis bonis inſolutum,quòd
3 propterea poterat carcerari, & † quòd audiri non debebat in prædictis tamquam periurus, per ea quæ dicuntur in locis prædictis.& in l.nam,& poſtea.de iureiuran. & in cap. primo. de lit. conteſtatio.

¶ Verum quoniam ſatis videbatur inhumanum,quòd ille Magnificus,qui filium amiſerat,etiam carceres pateretur, & quia interpoſuit partes ſuas, & mediante Magnifico Berardino Galeota ſe inuicem concordauerunt,quòd reciperet bona in ſolutum † meliora tamen
4 quæ habebat dictus Antonius,vt in authen. hoc niſi debitor. C.de bon.auctorita.iudi.poſsiden.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ, & militiæ quæſtio non compromittitur: quia feudalis, nec de re notoria. num. 2.*

DECISIO III.

FEcerunt petita alimenta per vxorem Octauiani Monachi foriudicati à fratribus viri poſſidentibus bona,pro ſe & filia. Fuit oppoſitum quod fiat compromiſſum. Dicebatur quod cauſa alimentorum erat ſummaria,& liquida,& non debebat compromitti, ex aduerſo allegabatur deciſio Specul. in ti.de arbitr.in §. reſtat,quod poteſt fieri compromiſſum in cauſa alimentorum. Refert & ſequitur Iaſ. & alij in l. de alimentis. C.de tranſactio.l.cum hi. ff. eo. tit. & allegabatur deciſio Andr.de Iſer.
1 in conſtitut.Regni Comitibus,q † quæſtio vitę & militiæ nõ compromittitur, ea ratione:quia feudalis,non quia quæſtio alimentorum. Et ideo circa quantitatem vitę & militiæ bene fit compromiſſum ſecundum Andr.ibi, Licet Magnificus Ioãnes Martialis dixerit,quod ſibi videbatur, quod de quantitate etiã vitæ, et militiæ non debebat compromitti: quia plus et minus eſt onerare feudum, et cùm tractatur de onerando feudum,non debet fieri compromiſſum ſine aſſenſu,licet opinio Andr.fuerit ſequuta, et ſemper obſeruata.

¶ In contrarium tamen ego dicebam, videlicet, quod non debeat fieri compromiſſum, ex quo non erat aliqua quæſtio in facto, quod illa vxor non debuiſſet habere alimẽta, ſed erat quæ-
2 ſtio iuris † quia omnia quæ in facto probari oportuiſſet acceptabantur,et erant notoria, et ſic compromiſſum fieri non debebat, per ea quæ dicuntur in Regia pragmatica,in capit.primo de lit.conteſta. Et ita communi voto fuit decretum,licet partes de communi conſenſu poſtea fecerint compromiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici releuãtur à ſatiſdatione iudicij.*
2 *Clericus circa ordinatoria debet obſer-*

Digitized by Google

uare iura iudicij.

3 *Diſpoſitio pœnals non includit clericos.*

4 *Effectus, potius quàm modus attendi debet.*

DECISIO IIII.

QVidam clericus voluit conuenire quẽdam Laicum in Magna Curia, replicabatur quod nõ debebat admitti, niſi fuiſſet præſtita fideiuſsio ſecundum formam Regiæ pragmaticæ. Dicebatur pro parte clerici, quòd non tenebatur per ea, quæ dicuntur in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtitut. in cap. quod clericis. de foro competen. vbi optimè per Socyn. & allegabatur text. in §. 1. in authen. de

1 ſanctiſs. epiſcop. vbi † clerici releuantur à ſatiſdatione.

¶ Sed in contrarium dicebatur, quod

2 circa ordinatoria clericus debet obſeruare iura fori iudicij, c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & quòd illa fideiuſsio concernit ordinatoria.

¶ Ego conſiderabam in illo caſu, quod ille clericus pręſtiterat fideiuſſorem reſpectu debiti, & quod reſpectu pœnæ nõ debebat fideiuſsionem præſtare Cleri-

8 cus: quia † illa diſpoſitio tanquã pœnalis non includit clericos, vt in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ, in c. cum nõ ab homine. de iudi. & illa pœna ſecundum formam Regiæ pragmaticæ ſolui debet in fine cauſæ, quando ſuccumberet in præuentione, & ſic reſpicit condemnationem

4 potiuſquam proceſſum, & † potius debet attendi effectus quàm modus. l. in rebus. C. de iur. dot. l. filio, quem pater. ff. de iniuſt. rup. teſt.

¶ Dominus Viceprothonotarius noluit, quod aperiretur hæc porta aduerſus pragmaticam, propter infinitas fraudes, quæ fieri potuiſſent, & fecit partes concordari.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio eſt quædam gratia.*

2 *Retrotranſlatio locum habere non poteſt, cum extrema non ſunt habilia.*

DECISIO V.

FRanciſcus Ruta conuenerat Sebaſtianum Scannapecum ad reſtitutionem Magiſtri actorum Magnę Curiæ Vicariæ cùm eſſet conuentus pro conſignatione ſcripturarum dicti officij. Et cùm fuiſſet proceſſum ad multos actus inſtãtia perijt, ea perempta Franciſcus Ruta iterum per viam principalis petitionis petijt ſibi reſtitui dictum officium, & facta citatione ſibi fecit inſufflari ſpiritum vitæ cauſæ prædictæ, & oppoſuit aduerſus Franciſcum Rutam exceptionem litis pendentiæ ad impediendum litis ingreſſum.

¶ Ego dixi, quòd iſta exceptio non militabat: quia tempore litis motæ inſtantia cauſæ reconuentionis erat perem-

1 pta, & † illa reſtitutio, quæ eſt quædam gratia, vt dicit Bal. in l. prouidendum, C. de poſtulan. non intelligitur in præiudicium tertij, & ſic dicti Franciſci, qui iam denuo egerat. argu. text. & nota. ibi per Doct. in c. quamuis. de reſcrip. in 6. in l. fi. C. de ſenten. paſſ. & reſtitut. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber.

2 & poſthumi. & † cùm extrema iam non ſint habilia, non poteſt habere locum retrotranſlatio, vt in l. bonorum, ff. rem rat. haber. not. in l. ſi is qui pro emptore. per Bar. ff. de vſucap.

¶ Et ita fuit de communi conſenſu decretum, & D. Ioan. Martialis dicebat, quòd bis fuerat idem iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

2 *Dos ſemper debet eſſe præcipua.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO VI.

PEtita assistentia in Sacro Consilio per quandam de Spinellis vigore instrumenti dotalis super quibusdam bonis obligatis pro dote, fuit oppositum, quod instrumentum præsentatum non erat in forma, iuxta Cõstitut. instrumentorum robur, & erant mortui Iudex, notarius & testes. Ex aduerso fuit productum testamẽtum viri, in quo dos legabatur, non tamen expressa quantitate. Item fuerunt producta quædam instrumẽta, in quibus vir cõfitebatur fecisse instrumentum dotale vxori suæ, & præsertim instrumentum antefati, quæ instrumenta erant in forma probante, D. Ioan. Martialis dicebat, quod ipse fecisset reassumi dictum instrumentum, propter concomitantiam illarum scripturarum, & ex illa cõfessione, per quam releuari videbatur ab onere probandi. ca. 1. de confess. not. in rubri. de probat. D. Anto. Capicius dicebat, quod ad euitandum circuitum debebat assistentia præstari, per id quod dicit Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de solutio. & per Alex. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cert. petat. cum similib.

¶ Ego de hoc satis dubitaui, quia eramus contra tertios, quibus illæ confessiones non videbantur præiudicare l. optimam. C. de contrahen. & committ. stipula. toto titolo, res inter alios acta, cum vulga. Et licet dicatur in eis, quod fuisset factum instrumentum dotale, tamen non apparet de precario & constituto, per quod fieret impetratio dominij, per nota. in l. vetustissimã, & in l. fin. C. de iure domin. impetr. neque appareret, quod stylus, & consuetudo notarij fuisset talis, argu. eor. quæ dicunrur per Bald. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis per Deci. post alios in capit. cum M. Ferra. de constitut. & insuper me satis mouebat, quod consuetudo vult, quod sine instrumento dotali dos
1 peti non possit. Nam † cùm qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundũ tempus verbi l. insulam. ff. de præscript. verb. sequitur quod eo tempore, quo era petenda dos, debet exhiberi instrumentum dotale, nec sufficit fuisse nisi appareat, faciunt ea quæ dicuntur in l. fin. C. de fide instrum.

¶ In contrarium tamen fuit votatum per omnes Dominos, quod assistentia præstaretur: quia sufficit, quod instrumentum dotale potuisset reassumi ad euitandum circuitum, maximè stãtibus dictis confessionibus, & sic non oportebat, quod fuisset reassumptum in forma probante, & licet hæc decisio mihi fuisset visa dura. Maximè: quia in margine prothocolli non apparebat aliquando fuisse reassumptum, & sic nunquam fuit in esse instrumentum dotale in publicam formam. Tamen quia consue-
2 tudo est satis cõtraria fauori dotis † quæ semper debet esse præcipua. l. 1. ff. solut. matr. & ad euitandum circuitum. Ideo fuit ita pronuntiatum, & propterea debet hæc decisio notari.

SVMMARIVM.

1 *Commissio fit in causis meri imperij, & criminalibus.*
2 *Audientia committitur senium, & valetudinariorum etiam in causis feudalibus & criminalibus.*
3 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat.*
4 *Facere teneris, quod tibi non nocet & alij prodest.*

DECISIO VII.

MAgnificus Bernardinus Martiranus Secretarius in causa vertente in Sacro Regio Consilio cum hæredibus quon. Antonij Seronij super dicto officio Secretariæ,

Digitized by Google

nominauit teſtes duos in Hiſpania, duos in Burgundia, vnum Mediolani, vnum Tortonæ, duos Mantuæ, vnum Romæ, & petijt committi audientiam ipſorum teſtium. Ego dixi, quod debebant fieri cõmiſsiones: quia licet eſſet ſtylus Sacri Conſilij, quod pro duobus locis fieret commiſsio pro examinandis duobus teſtibus in loco, tamen hoc caſu poterat quoad omnes fieri commiſsio. Nam illi teſtes non erant ſubditi iuriſdictioni Sacri Conſilij, & non poterant
1 compelli ad veniendum. Quo caſu † etiam in cauſis meri Imperij, & criminalibus fit cõmiſsio. Ita firmat notabiliter Bald. in authen. apud eloquentiſsimum C. de fide inſtrum. & ponderabam pro hoc Conſtitutionem Regni, in pecunia
2 rijs, quæ vult, quòd † etiam in cauſis feudorum, & criminalibus committitur audientia, ſenum, valetudinariorum, & hoc ea ratione: quia non poſſunt cogi. vt veniant ad Curiam, ergo eadem ratione in forenſibus exiſtentibus extra Regnum.

¶ Et ſi dicatur, quod licèt debebat committi, tamen debet fieri hæc commiſsio Tabellioni Curiæ, ſeu alicui deputando per Sacrum Conſilium, qui hinc vadat. Reſpondebam, quod ego non reperio iure cautum, quod eo caſu, quo audientia teſtium committi poteſt, debeat cõmitti Tabellioni potiuſquam iudici illius loci, in quo teſtes degunt, ſi ſuſpectus non fuerit, Quinimmò tex. in d. authen. Apud eloquentiſsimum, expreſsè loquitur de Iudice alterius prouinciæ, aut ſaltem iſtud eſſet in facultate iudicis, non autem cogeretur, niſi forte eſſet ſuſpicio teſtium, per id quod dicit Andre. in cap. 1. ſi de beneficio lis oriatur, ibi. vel vadat vel mittat idoneum. Quæ verba ſimiliter non intelligo, vt ponant neceſſitatem mittendi potiuſquam cõmittendi, maximè quod loqui videtur intra locum iuriſdictio-
3 nis: quia non diceret q; vadat. Et † debet intelligi ſecundum legem quam allegat, quæ loquitur de mittendo, vel procederet, quando fortaſſe in loco, in quo teſtes nominabantur, veriſimiliter non erant cogniti, prout fuiſſent aliquibus de Curia, quia tunc metu ſuppoſitionis eſſet iuſtũ, vt mitteretur. Et quãdo teſtes eſſent valdè ſuſpecti ipſi iudici, tunc poſſet iudex dicere, quod veniant coram ſe, ſecundum Ioannem de Imol. in l. cum nuntio, de his quæ in teſta. delen. Moder. in tit. de teſtibus. Iaco. in l. de die. §. tutor. col. 11. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi Iacob. Ioan. And. in ca. præſentiam, de teſtibus. in 6. Abb. in c. cum cauſam. de teſtib. Purpurat. in tit. de of. fic. aſſeſſo. fol. 19. Sed tamen iſto caſu nulla aderat ſuſpicio: quia teſtes nominati ſunt perſonæ notiſſimæ, & pro maiori parte conſtituti in dignitate, & qui veriſimiliter magis cognoſcerentur per iudices illorum locorum, quàm per aliquem qui mitti potuiſſet, & ſic ceſſabat timor ſuppoſitionis: nec aliqua fraus poterat conſiderari, quod fuiſſent conſulto, & data opera ita ſegregati, vt eorum audientia committeretur: quia ſatis conſtabat Sacro Conſilio, quòd quilibet ipſorum iamdiu erant in locis nominatis, & non eſt ſuſpicio contra dicta, & conſequenter ſuccedit regula, quod
3 † tibi non nocet, & mihi prodeſt facere teneris, vt cùm dictis hæredibus non obſit, committi poſſit, & Martirano obeuitandam impenſam debeat fieri commiſſio petita.

¶ Et ita fuit Decretum communi voto, excepto Domino Fonſeca, & cùm fuiſſet reclamatum fuit confirmatum quinto Septemb. 1533.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil eſt innouandum.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO VIII.

LIte pendente super hæreditate inter aliquos, vnus ex litigãtibus habuit recursum ad Magnam Curiã, & petijt fieri præambulum, & tractabatur de hæreditate sororis, fuit factum præambulum à quo fuit appellatum ad Sacrum Consilium. Dicebat is, qui obtinuerat, quòd valebat: quia præiudicialia sunt sublata, vt per Andre. in constitu. si ciuiliter agens.
1 Fuit decretum contra: quia † lite pendente nil est innouandũ. c. cum M. Ferra. in fi. de constit. toto tit. vt lit. penden. Et aliàs dum essem aduocatus fuit similiter iudicatum in causa Andrianæ, & sororis de Puteo, cum Roberto Silano super hæreditate filiorum Ioannis Baptistæ de Puteo fratris dictæ Andrianæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres sciens alios creditores non potest soluere primis venientibus.*
2 *Malè fidei ratio non militat in hærede soluendo nomen debitoris per adiudicationem.*
3 *Scientia debet esse legitima.*

DECISIO IX.

PAulus Vignes conuentus in Consilio per Gasparem Cartiglia tamquam super adiudicatione sui nominis debitoris, ex eo quòd dictus Gaspar erat creditor Iacobi Cartigliæ creditoris dicti Pauli; fatebatur se debere duos mille & septingentos ducatos, verum dicebat se nolle soluere nisi citatis omnibus creditoribus dicti Iacobi, ex quo suum debitum pendebat ex administratione negotiationis per eum facta pro dicto Iacobo, & intererat sua quòd semel esset quietatus de administratione, ne quotidie molestaretur à creditoribus superuenientibus, quos ipse sciebat esse, propter quam scientiam si soluisset, malè soluisset, & pro hoc allegabat glo. in l. fi. §. & si præfatam, in verbo repellãtur, de iur. delib. vbi Paul. de Castr. Alex. Iacobi. & Dominicus de sancto Geminiano & alij in
1 ca. sanè. 24. q. 11. volentes, quòd † si hæres sciuerit alios fore creditores nõ potest soluere primis venientibus, aliàs tamquã dolo desiens possidere tenetur. ¶ Pro parte Gasparis dicebat D. Ioan. Baptista Mansus aduocatus ipsius, quòd aliud est in hærede, qui verè est debitor, licet non teneatur vltra vires hæreditarias, per tex. in d. l. fi. not. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. Aliud † est in nomine
2 debitoris, cuius petita est adiudicatio, quia quoad ipsum non militat ratio fidei, ex quo coactus per adiudicationem soluit. l. nomen. in fin. C. quæ res pigno. obligar. poss. l. si conuenerit. la 11. C. de pignorat. actio. not. in l. 111. C. de nouat. & consequenter cuicunque soluat, rectè soluit, etiam non petita satisdatione, prout in hærede olim statutum erat l. dolo. ff. ad l. Falcid. l. 1. ff. si cui pluspquam per leg. Falcid. Et licet posset interesse aliquorum, qui citari debuissent, vt illis præiudicaretur, vt in l. de vnoquoque ff. de re iudic. non tamen per hoc debet impediri processus ad instantiam istius, qui nunc agit, maximè cùm offeratur fideiussio, vt no. in l. is à quo de rei vindica. in c. cum super. de re iudic. Sacrum Consilium decreuit, quòd processus nõ impediatur ob hoc, quòd istud nomen sciat se etiam alijs obligatum: quia non est par ratio, quæ est in hærede, vt supra fuit dictum, tanto fortius † quod ista scientia non
3 erat legitima: quia aliter illi non constabat de debito, nisi ex quibusdam assertionibus, quo casu non impeditur solutio fienda alteri, per ea quæ de protestatione prohibitoria dicuntur in l. nunciatio. §. morte. ff. de oper. no. nunt. in cap. cum M. Ferra. de constit. & satis grauaretur hic creditor, si vellet perquirere

Digitized by Google

quirere omnes creditores,vt comparerent,cùm nec ipsum principalem citare teneatur secūdum Bald.in d. l.nomen, prout etiam aliàs fuit iudicatum, & sic fuit processum in causa ad vlteriora.Et quoniam dictus Paulus fatebatur se in certa parte debitorē, Sacrum Consiliū coegit ipsum ad faciendum depositum, de ipsa quantitate, iuxta nota. in l.quidam æstimauerūt.ff. si cer.pet.adhoc vt potius ædes sacra vteretur dicta pecunia lite pēdente,quàm ipse Paulus,qui videbatur pro retinenda dicta pecunia differre aliquātulū litis prosequutionē.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum taxatio vbi facta, illis non non habitis non debetur.*
2 *Vita & militia est onus feudi.*
3 *Secundogenitus excluditur contemplatione primogeniti.*
4 *Possessor nouus conuenitur pro decima præterita.*
5 *Obligatus occasione rei, re perempta, sine culpa obligati non propterea liberatur.*
6 *Illatio non fit ex diuersis.*

DECISIO X.

MArcellus Caracciollus petijt vitā & militiam sibi debitam super Castro Vicæ in prouincia Apulię pro annis 1527. 1528. & 1529. D. Nicolaus Antonius frater primogenitus replicauit, quod pro dictis annis non tenetur, ex quo fructus ex feudo non percepit, ob inuasionem inimicorum factam de anno 1528. in quo anno fructus anni præteriti cōseruabantur in Castro prædicto inuaso, durauit vsque ad annum 1529. existente ibidem N. Vincentio Bulgarello,qui ex priuilegio Gallorum prætendebat se dominum illius Castri, & sic fructus dictorum trium annorum fuerunt deperditi, & consequenter ad vitam & militiam non tenetur. Et pro hoc allegabantur ea, quæ dicuntur per Bar. in l.stipulantem.§. sacram. ff. de verb. oblig.per Bal.in c.1. de not.feud.

1 quod † vbi est facta taxatio ex fructibus illis non habitis,nō debetur.l.cum certus.de vino triti.& oleo legat.l.si debitor.§.verisimile.ff.de contrahen. empt. Sed ista vita & militia videtur taxatæ, secundum valorem & fructus feudi, & ratione fructuum ipsius feudi, vt per Andr.in constit.comitibus. Igitur non perceptis fructibus non debetur.

¶ Præterea dicebat aduocatus conuēti,ista † vita,& militia est onus feudi,&

2 sequitur possessorem,vt in c.Regni alienationis actus, & cōsequenter ad illam præstandam debet conueniri is qui occupauit, & non debet molestari dictus Nicolaus Antonius qui non possedit.

¶ In contrarium tamen fuit iudicatū: quia (vt dicebat D.Ioan.Martialis)non non sumus in terminis de quibus in d.§. sacram per Bar.quando fructus nō fuissent nati,sed sumus in alio casu,in quo fructus sunt nati, sed non sunt percepti per ipsum primogenitum.Et hoc stante ego cōsiderabam,quod si tertius possessor, qui nunquam percepisset aliquos fructus, potest conueniri pro vita, & militia debita secundogenito pro tēpore præterito, vt patet in d. c. alienationis actus, ibi satisfactus, & ita dicebant fuisse sæpius iudicatum D. Nicolaus Maiorana,& D.Ioannes Martialis, & facit decis.D.Mathe. nu.162. quanto fortius hic primogenitus,in quo cōcurrit duplex ratio,& quia possessor, &

3 quia primogenitus † cuius contemplatione secundogenitus fuit exclusus d. Cōstit. Comitibus.Et sic ratio,quæ deducebatur pro D.Nicolao Antonio cōtra ipsum retorquetur.

¶ Et pro hoc etiam satisfacit quæstio determinata per Doctor.in ca. pastoralis. vbi Abb.de decim.quod † pro de-

4 cima præterita conuenitur nouus possessor. l. Imperatores de publi.

¶ Nec

Digitized by Google

¶ Nec obstat, quod taxatio fiat respectu fructuum : quia illud est respectu quantitatis, non tamen quod ex inde fructibus non perceptis vita & militia non debeatur, maximè quod (vt prædixi) fructus iam fuerũt percepti ex feudo licet per alium, & sic deperditi, quo
5 casu succedit regula, quod † obligatus occasione rei, re perempta etiam sine culpa obligati, non propterea liberatur. l. cum mulier. ibi omnes. ff. soluto matr. & licet ibi per Alex. distinguatur, an potuit haberi recursus contra alium, an non, & si desijt possidere sua culpa vel non, tamen in proposito fuit præsentatum quoddam instrumẽtum, per quod dictus D. N. Antonius liberauit vasallos ab eo quod ipse consequi potuisset ratione deprædationis & occupationis prædictæ cùm per ipsos Vassallos factũ fuisset vt inuasio fieret & deprædatio, & consequenter facto & culpa sua ipse N. Antonius non potuit habere regressum contra illos. Immo Sacrum Consilium habuit pro absoluto, quòd illa liberatio fuisset facta ob certam pecuniæ quantitatem promissam in dicto instrumento, licet ibi diceretur, quod non fiebat ex hac causa, vt fraudaretur intentio D. Marcelli, etiam quod illud instrumentum factum fuisset lite pendente, iuxta nota. in l. 1. C. de aliena. iudi. mut. ca. fact. e. duarum. de priuileg. c. ex multiplici, de decim. Et sic debet iudicari vt si fuisset de dictis fructibus à vasallis satisfactus, per tex. in l. solutionis verbum. ff. de solut. quinimmo, quoniam fructus non sunt in obligatione præstandi sed pecunia. d. Constitu. Comitibus. propterea non potest aliquo modo prætendi, quòd illis non natis, seu non perceptis vita & militia non debeatur. per tex. in l. ex eo. cum similibus, & ibi fructus erant in obligatione,
6 & in legato. Et consequenter † ex diuersis non infertur.

¶ Et hæc fuit aduertẽtia D. Sigismundi de Loffredo, & ita cõmuni voto fuit iudicatum, quod pro illis annis præstaretur vita & militia. Et ita etiam reperio fuisse aliàs consultum in eodem casu per Dominum Diomedem Maricondam inter Priorem Barensem, & Ducem Martinę, per alia, de quibus per eũ.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum fieri debet inter affines.*
2 *Antiqua obseruantia attendenda.*

DECISIO XI.

THomas de Balso de Capua petebat dotes sibi promissas ab hæredibus Ludouici de Albenabulo sui soceri, & præsentabat copiam capitulorum reassumptam ex protocollo notarij mortui, per notarium habentem potestatem reassumendi.

¶ Ex aduerso replicabatur, quòd de-
1 beret fieri cõpromissum † ex quo causa erat inter affines, nec erat habenda ratio illius copiæ capitulorum ad impediendum compromissum : quia non est in forma probante, secundum formam Constitutionis Regni instrumentorum robur, sed erat tantummodo cum fide vnius, qui asserebat se notarium, & non cõstabat, nec apparebat prothocollum : quia erat in Ciuitate Capuæ, & sic non est casus inclusus in exceptione posita, in Regia pragmatica, de causis instrumentarijs. Et in proprijs terminis allegabantur ea quæ dicuntur per Alexan. in cons. 165. 11. volu.

¶ Maior pars Dominorum de Consilio, inter quos fuit D. Antonius Capicius, & Dominus Nicolaus Maiorana commissarius, dixerunt, quod ad effectũ impediendi compromissum sufficiebat illa copia, & quòd ita fuerat aliàs obseruatum : quia eramus intra dietam, &
2 † copia ex antiqua obseruantia admittitur. Et licet fuisset sumpta ex prothocollo mortui, tamen sufficit quod sit sumpta ab habente potestatem reassumendi. Et sic dicebant fuisse obseruatum

Digitized by Google

uatum ad effectum impediẽdi compromissum, secundum formam exceptionis dictæ Regiæ pragmaticæ, & ita fuit decretum, dissentiente D. Ioanne Martiale.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti reassumptio petita quando fieri debeat.*

DECISIO XII.

1 PEtita † reassumptione instrumenti quietationis, in quo superuiuebat vn⁹ testis, fuit capta informatio, & fuerunt examinati quatuor testes fide digni, qui interfuerunt contractui, licet non fuissent ascripti in prothocollo. Et sic cùm videretur Sacro Consilio veritatem esse probatam: aliqui dicebant, quod pars deberet petere pronuntiari quietationem factam, & quod non reassameretur: alij dixerunt, quod sic ad euitandum circuitum, vt aliàs fuit factum, ex quo pars non contradicebat circa dictam reassumptionem, & sic fuit decretum, quòd reassumeretur.

SVMMARIVM.

1 *Vassallorum diuisio, & iurisdictionis generat maximum præiudicium.*
2 *Arbitriũ regulari, & electio restringi.*

DECISIO XIII.

COmitissa Saponariæ obtinuit assistentiam super Castro Sarraceno, & terra Saponariæ pro suis dotibus & antefato, volebat exequi super Castro Sarraceno † & facto appretio apparebat oportere fieri diuisionem vassallorũ & iurisdictionis, & fieri maximum præiudicium pupillæ Comitissæ nepti. Dicta Comitissa auia dicebat sibi competere electionem, & quod ista diuisio non erat prohibita tẽpore obligationis, & assensus. Ideo non est de ea curandum, & adducebantur alij casus, in quibus diuisio facta fuerat, videlicet in terra Balneoli, pro Ioanne Andrea Orilia, & Emilio Ianuario contra olim Comitem Montellæ.

2 ¶ Ex aduerso dicebatur, quod † illud arbitrium debet regulari, & sic illa electio restringi, vt fiat bona fide, prout dicit glos. in l. quandiu. C. de distractio. pignor. Angel. in l. 1. C. qui potior. in pigno. habe. sed non conuenit fieri dictã diuisionem, & segregationem status, cùm possit aliunde satisfieri dictæ Comitissæ: quia offerabantur introitus ad decem pro centenario, cum idonea cautione de soluendo intus Ciuitatem Neapolis, ergo debet arbitrium regulari & restringi. Et sic per Sacrum Consilium, excepto D. Antonio Capicio & me, qui nolui votare, ex quo fueram aduocatus Comitissæ.

¶ Fuit Decretum quòd non procederetur ad exequutionem in dicto Castro Sarraceno, ex quo poterat aliunde cõmodè ex dictis introitibus, vel ex baiulatione Saponarię satisfieri, non obstante iure eligendi sibi competenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla fundata in venditione, nulla ex defectu decreti nõ interpositi.*
2 *Instrumentum fit de causæ cognitione interposita.*
3 *Sententia Regia exequi debet.*
4 *Intellectus c. suscitata. de restit. in integr.*

DECISIO XIV.

IN audientia Regia, referente Magnifico Nicolao Maiorana, fuit lata quædam sententia contra vniuersitatem Sternatię, in fauorem hęredum Alfonsi Beltrami,

Digitized by Google

trami, quod dicti hęredes conseruarentur in possessione exigendi gabellam farinæ, venditam per dictam vniuersitatem dicto Alfonso, & cùm esset dictũ de nullitate, fuit commissa causa Magnifico Ioanni Martiali, quod referret in Consilio. Et pro parte vniuersitatis dicebatur, quod † sententia erat nulla: 1
quia venditio dictæ gabellæ erat nulla. cùm in venditione nõ interuenerat decretum. l. 1. C. de seruis reipu. manu. not. in l. nulli. ff. quod cuiusq. vniuersit. nomi. & in l. actor. ff. rem rat. habe. Et licet congregatio fuisset facta de mandato superioris, vt in l. obseruari. C. de decurio. lib. 10. tamen non sufficit ad validitatem alienationis, nisi appareat decretum interpositum causa cognita, vt latè probat & consuluit Corne. in cons. 189. vol. 3. Et dicit Paul. de Cast. 2
in cons. 34. volu. 7. quod requiritur † q̃ fiat instrumentum de causę cognitione interposita, & allegat Specul. in titulo de proba. vt per ipsum.

¶ Sacrum Consilium determinauit, quòd hęc omnia respiciebant iustitiam causæ & merita, non autem nullitatem processus, & propterea sententia debebat mandari exequutioni.

¶ Pro parte tamen vniuersitatis fuit petita restitutio in integrum, ad impediendum exequutionem: ex aduerso dicebatur, quòd † ex quo sententia Regia 3
debet exequi, authen. quæ supplicatio. C. de precib. impe. offer. non poterat impediri per restitutionem petitam. c. suscitata. de in integr. restitu. Ego dicebam, quod † ille tex. in c. suscitata pro- 4
cedit: quia erat præsumptio contra petentem se restitui. Ideo fit exequutio, ita declarat glos. ibi, quod aliàs seruaretur ius commune. l. vni. C. de in integr. restitu. per. nihil no. & ponderabã, quòd procedit tex. in l. aduersus. C. si aduersus rẽ iud. & tex. in l. 1. C. vbi & apud quẽ, in quibus iuribus loquitur de sententia Regia, & tamen postea sequitur simpliciter tex. in d. l. vnica, quasi exequutio in omnibus impediri debeat.

¶ Verum quoniam videbatur in effectu, quòd vniuersitas erat debitrix, & quod potius ad differendum petebatur, nec erat verificata læsio. Fuit decretum, q̃ per restitutionẽ in integrum, non impediatur exequutio. Et ita dicebat D. Præsidens fuisse aliàs obseruatum. Ego autem dixi, quod pro annis guerrarum & pestis, pro quibus verisimiliter illi introitus non fuerunt exacti, non fieret exequutio: quia cessabat illa præsumptio calumniæ, quæ erat in reliquo cõtra vniuersitatem, propter quam exequutio non debebat retardari in terminis capituli suscitata.

SVMMARIVM.

1 *Causa relata & introducta non conceditur beneficium.*

DECISIO XV.

EXtat Decretum in Consilio, quòd † causa relata & introducta, non concedatur beneficium in causa S. Laurentij de Apadula, in causa Scipionis Brancatij, & in causa D. Antoniæ de Aquauiua, fuit concessum etiam post votatam causam, & hoc quia fuit petitum etiam per viam restitutionis in integrum: quia in nõ petendo fuerunt læsi, sicuti arguit And. facta conclusione, in consti. obscu- 1
scuritatem, & cùm D. Præsidẽs voluisset facere decretum, quòd nec etiam per viam restitutionis in integrum, ad euitandum calumnias aduocatorum. D. Anto. Capici. & alij contradixerũt.

SVMMARIVM.

1 *Excussio fit aliquando sumptibus alterius.*
2 *Excussionis beneficium non habent mercatores.*
3 *Mora est quid facti, quæ non præsumitur.*

D E-

Digitized by Google

DECISIO XVI.

IN Magna Curia Vicariæ per præceptum de soluẽdo, facta recognitione, fuit opposita exceptio discussionis, contra illos de incuria, per Stefanum Vaglies, dicebatur quod saltem fieret discussio sumptibus ipsius, qui pro alio promiserat † per
1 text. in l. vnde quæritur. ff. commoda. qui text. habet locum in omnibus duobus reis, & per glos. & Docto. ibi.

3 ¶ Ex aduerso replicabatur, quod † ex quo illi conuenti erant mercatores, sicuti non habent beneficium excussionis, per tex. in §. fi. in authen. de fideiuss. ita nec haberent beneficium d. l. vnde quæritur. Et hæc secunda pars est visa verior: quia ratio considerata in vno casu, militat in alio, & ideo idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. immo quoniam de mente illius qui recepit illos campsores fuit vt haberet paratam, & promptam satisfactionem, propterea non debet vexari in expectatione temporis, cũ iam mora facta sit, & obligatio habet exequutionem paratam, & expectatio istius temporis esset damnosa creditori. Quæ consideratio non videtur esse in terminis d. l. vnde quæritur, quia ibi nõ erat in mora restituendi, quia res com-
3 modata fuerat furto subtracta, & † mora est qnid facti, & ibi non præsumitur. Et pro hac parte fuit iudicatum in Magna Curia Vicariæ, & fuit factum decretum de exequendo, quod fuit exequutum decreto Sacri Regij Consilij, data cautione in casu retractationis.

SVMMARIVM.

1 *Interesse an debeatur ex interesse.*

DECISIO XVII.

VNiuersitas Nuceriæ fuit conuenta ad certã quantitatem promissam, & ad interesse ratione moræ. Ex aduerso dicebatur, quod illa quantitas fuit promissa ob interesse alterius quantitatis debitæ, quæ non fuerat soluta, & consequẽnter cùm
1 dependeat ab interesse † non debet cõsequi aliud interesse, l. neque eorum. ff. vsur. l. improbum. ff. ex quib. cau. infam. irrog. l. si nõ sortem. in prin. ff. de condi. indeb. sed contra dictam vniuersitatem dicebatur, quòd immo illa quãtitas erat sors, seu in sortem redacta, & id interesse debebatur, per id quod dicit glo. in l. fi. C. eod. Sacrum Consilium decreuit contrarium: quia illa glos. procedit quandò non est factum in fraudem vsurarum.

¶ Sed videbatur, quod aliud esset interesse, aliud in vsuris, quæ sunt prohibitæ. Sed si non soluit interesse quod est debitum, & iure licito petitur, cur non debeat præstari interesse.

¶ Et si dicatur, quòd tunc temporis vsuræ erant permissæ, & tamen vsuræ vsurarum non. Respondetur, q licet essent licitæ, tamen erant odiosæ, vt in d. l. fin. d. l. improbum, & in d. l. fin. videbatur dari vt lucrum, quod secus est in interesse, maximè cessante fraude, vt etiã videtur loqui text. in l. fin. C. de vsur. rei iudi.

¶ Et quia cùm vniuersitas illa fuerat passa multa damna, & erat implicita debitis, taliter quòd satisfacere nequiuerat. Decreuit Consilium, quod non tenebatur. l. cum quidam. §. si pupillo. vbi tot. tex. & glos. ff. de vsur. & sic fuit vniuersitas absoluta.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio si conceditur in vassallos nõ circumscripto territorio, nulla iurisdictione retenta per concedentem, an si vassallus delinquat extra territorium, fiat remissio, stante præuentione Regiæ Curiæ.*

DECISIO XVIII.

1 QVando† conceduntur vassalli, & iurisdictio in vassallos non circumscripto territorio & in priuilegio dicatur, nihil, seu nullam iurisdictionem in nobis retinentes, & vassalli delinquant extrà territorium, & fuerit præuentum per Regiam Curiam, & carcerati, fit remissio, secus vbi iurisdictio fuisset circumscripta territorio: quia non est, & non fieret remissio. Ita dicebant obseruatum, & fuit decisũ in mont. virgin. qui deliquit in Denticane, in casalibus montis fusculi & fuit remissus, etiam quia concurrebat fauor ecclesiæ, tamen non erat vassallus ecclesiæ, etiam quòad directum dominium, sed quòad vtile.

SVMMARIVM.

1 *Executio non fit laudo nullo stante, quamuis in compromissis soleat renunciari nullitatibus.*

DECISIO XIX.

1 IN† compromissis solet renunciari nullitatibus, & lato laudo dicitur de nullitate. Quæsitum fuit, an debeat impediri exequutio, videbatur quod non, per ea quæ dicuntur in c. quintauallis. de iureiuran. in l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. in contrarium fuit decisum pro Ioanne Saldagnæ, contra N. de Alexandro, quòd non exequatur, per ea quæ latè consuluit Alex. in cons. 35. vol. 2. Specul. in tit. de arbi. §. primo. vers. quidam.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria an & quando agi possit super fructibus feudi hæreditarij peruenti in posse hæredis.*
2 *Hæres tenetur actione personali.*
3 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quomodo obligetur.*

DECISIO XX.

1 FVit† actum hypothecaria super fructibus feudi hæreditarij peruenti in posse hæredis, pro debito & obligatione defuncti: qui obligauerat se, & bona, præsentia & futura, D. Antonius dicebat, q; si fuisset obligata bona hæredum, vel si fuisset pactum, quòd licuisset capere tantum de bonis suis, vel suorum hæredum &c. quòd tunc procedebat sine dubio, sed quia ita non erat, dicebat D. Præsidens, quòd isti fructus non veniunt in hypotecam: quia nunquam fuerunt defuncti, & modo sunt penes hæredem iure proprio, quia fuerunt nati, & collecti post mortem defuncti, & feudum non erat hypotecatum: quia non aderat regius
2 assensus. Et† licet hæres teneatur actione personali, tamen fiet exequutio super illis fructibus, non vt obligatis, sed vt in bonis dicti hæredis, per tex. in l. comodissimè. de re iudi. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de oper. nou. nuntia.
3 Si† tamen hic hæres adijt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij non fiet exequutio super his fructibus peruentis ex feudo non obligato.
¶ Aliqui Domini tenuerunt contrarium, maximè quia dicebatur in instrumento se hæredes, & successores, ac bona eorũ omnia, quasi etiã bona hæredũ

Digitized by Google

essent obligata. Sed vide Andre. & D. Mathe. in Constitu. Regni si quis post litem, & D. Sigismundus vult, quòd potest fieri exequutio in fructibus vsque ad valorem feudi hæreditarij, etiam si fecisset inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Dos data spuriæ à patre an debeat reuerti ad hæredes dotantis post mortem filiæ sine filijs.*

DECISIO XXI.

1 FEVit † data dos spuriæ à patre, an debeat reuerti ad hæredes dotantis post mortem spuriæ sinè filijs: vel possit spuria disponere. Dicebant Domini de cõsilio, ꝙ alias in causa Io. Franc. Cayetani fuit iudicatum, quod ex quo dos fuit promissa viro, stipulanti pro se, & filijs ex dicto matrimonio procreandis, quòd mortua vxore dos debebat remanere penes virum, & filios, sed quia in casu de quo nunc tractabatur, videlicet, in causa Argentini Baroni, & Ioannis Cæsarini, cũ hæredibus Petri infantis de Nola, non supersunt filij ex dicto Argentino, fuit decretum, quod dos reuertatur ad hæredes dotantis, non obstãte quod dicta spuria dicti Argentini in vita disposuerit de dote prædicta. Et ad hoc nos mouerunt rationes dictæ per Abb. in cons. 115. & per Bald. Nouell. in tract. dot. 6. part. priuil. 15. quicquid alias forte sentiat Bulgar. per Imol. in l. 1. ff. sol. matr. in repetitione sua, faciunt dicta per Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss. per Abb. & alios in c. cũ haberet, de eo, qui du. ea. quam poll. in l. fi. ff. de his quibus vt indign. per Bar. Sed in causa Io. Baptistæ Scodalupo fuit habita ratio seruitiorum præstitorum à filio patri, & fuerant præstita magna seruitia, quæ videbantur excedere paternam pietatem, vt in authen. licet de natural. lib. C. Et ideo fuit arbitratum, quod pro medietate dotium potuisset disponere ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando non impedit quin res prohibita alienari veniat sub obligatione bonorum præsentium, & futurorum.*

DECISIO XXII.

IN causa Francisci Mirtei, qui dicitur, il Caualiero, contra Corneliam Griffam olim vxorem Ferdinãdi Mirtei V. I. D.
1 fuit iudicatum, quòd † pactum de non alienando, appositum in contractu, non impedit, quin res prohibita alienari veniat sub generali obligatione bonorum prẽsentium, & futurorum, quę prẽcedit acquisitionem rei cum illa prohibitione, per ea quæ dicuntur per Ias. in authen. res quæ not. 4. C. commu. de legatis. Et in proprijs terminis consuluit Socy. & alij cum eo in cons. 75. in 4. vol.

SVMMARIVM.

1 *Lana an veniat appellatione grassiæ.*

DECISIO XXIII.

1 FEVit dubitatum, an † lana veniat appellatione grassiæ: vt sicut ex grasia non exigitur gabella, ita nec de lana. Allegabatur Consil. Fulgos. 116. ꝙ sic. Alij distinguebant, ꝙ lana, quæ venditur ciuibus nõ pro mercibus, sed ꝓ vsu, vel quæ vẽditur hic ꝓ arte lanę, dicatur immunis, secus si pro faciendis pãnis extra ciuitatem, vel pro mercantia. Aliqui dicebant, quòd ista distinctio est impossibilis, quòd practicetur, & propterea videbatur, quòd nõn veniat pro grasia in hac materia, sicuti & pãni, & serica, quę

sunt

sunt pro vsu ciuium, & grasia ciuitatis, & tamẽ ex eis exigitur gabella, & quòd tunc demum censeri deberet lana de grasia, quoties venderetur minutim, & pro modica quantitate in foro magno. Et quia res visa est intricata, fuit dictum quòd caperetur informatio, adhoc vt ex probationibus, & vsu res clarior fieret.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione facta rei emphyteuticæ, saluo domini assensu, an satis sit in contractu.*

DECISIO XXIV.

1 FActa † alienatione rei emphyteuticæ, cum protestatione, quòd non intendunt aliter contrahere, nisi saluo assensu directi domini, nec aliter, & quòd dicta protestatio censeretur repetita, etiam in traditione, quod si postea fuit processum ad traditionem, fuit iudicatum referente Domino Antonio Capicio, quòd nõ incidat in commissum, licet non appareat alia protestatio tempore traditionis, per ea quæ latè dicuntur in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nuntia. & in c. cum M. de constitu. declarauimus tamen contractum non tenere, & quòd ipse venditor tenebatur ad censum, & ita limitanda sunt quæ dicuntur per Las. in l. 11. C. de iur. emphy.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conuentus à creditore hæreditario sibi coniuncto potest opponere exceptionem compromissi vigore pragmaticæ.*
2 *Compromissum tale an erit voluntarium, vel necessarium.*
3 *Compromissum factum de iure tantum in sententiando, inuentarij ratio habenda.*
4 *Compromissi actus non potest plus operari quàm fuerit intentio compromittentis expressa.*
5 *Iudicari non debet de eo, quod non fuit cognitum.*
6 *Laudum ferendum secundum dispositionem iuris.*
7 *Obligatione in generali non veniunt ea, quæ verisimiliter specialiter quis non obligasset.*

DECISIO XXV.

1 HAeres † conuentus à creditore hæreditario, qui erat sibi coniunctus opposuit exceptionem cõpromissi vigore Regiæ pragmaticæ, & sic compromissum fuit factum cum obligatione in forma, de seruando quicquid fuerit iudicatum, iuxta formam dictæ Regię pragmaticę, per arbitros. Fuit condemnatus hæres ad soluendum dicto actori, cùm autem actor petijsset in Consilio laudum exequi, fuit per hæredem illum opposita exceptio discussionis inuentarij. Actor replicauit, quod ex quo in cõpromisso se obligauerat soluere quicquid fuisset iudicatũ per arbitros, cum obligatione bonorum suorum omnium, propterea dicitur conueniri ex facto suo proprio, seu ex sua obligatione, nec gaudere potest beneficio inuentarij, vt not. in l. fin. in §. etsi præfatam. C. de iure delibe. & in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & ita consuluit in proprijs terminis Angel. in cons. 31. Franc. de Aret. in cons. 31. & Deci. in cons. 300. & Corne. in cons. .. volum. 2. Tanto fortius, quod † ex quo hiç conuentus petijt fieri compromissum, non dicetur ex parte ipsius compromissum necessarium, sed voluntarium, vt optimè declarat Tho. Parpal. in l. si quis maior. C. de transactio. Et ideo cùm voluntariè compromiserit, & se obligauerit, sibi succurri non debet.

¶ In contrarium tamen determinauit Sacrum Consilium. Et in primis dicebatur,

Digitized by Google

batur, quòd iſtud compromiſſum erat neceſſarium, licet fuiſſet petitum ab ipſo reo: quia ex quo cogi poterat ad faciendum, dicitur ſub illa neceſſitate feciſſe, vt latè deducit Franc. de Aret. in conſil. 24. Angel. in conſil. 192. & latè per Deci. in c. cum M. Ferra. 7. cart. de conſtitu. per tex. & ibi gloſ. & Bal. in l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tuto. auct. Si igitur neceſſitate Regiæ pragmaticæ adductus fecit, non poteſt dici quod voluerit ſibi præiudicare, nequè deberet præiudicari, per ea quæ dicuntur in l. qui erat. §. 1. ff. famil. erciſcun. l. ſi plures. ff. de pact. & in c. ſignificauerunt, vbi Aret. de teſtib. in l. 1. §. hoc interdicto. per Bar. ff. quod vi aut clam.

3 ¶ Præterea compromiſſum † fuit factum de iure tantum in ſententiando, ſed de iure gaudet beneficio inuentarij. l. fi. C. de iur. delibe. Ergo per ſententiam arbitralem non potuit cõdemnari non habita ratione inuentarij, & condemnatio aliter facta nõ poteſt exequi, niſi facta inuentarij diſcuſsione, ſicuti in ſententia. l. rei iudicatæ. & l. ex diuerſo. ff. ſol. matr.

4 ¶ Præterea, actus † compromiſsi non poteſt plus operari quàm fuerit intentio compromittentis expreſſa. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſ. ſed intentio compromittentis fuit expreſsè relata ad Regiam pragmaticam, per quam nõ intenditur in plus obligare compromittentem, ſed per compromiſſum citius lites expedire. Ergo per tale compromiſſum non cenſebitur in plus obligatus quàm legis beneficio teneretur.

¶ Præterea, & poſtremò, aut volumus dicere, quod iſtud beneficium excludatur à laudo etiã ſimpliciter lato, & iſtud
5 eſt impoſsibile. Primò † quia de hoc, an debeat gaudere, vel non gaudere tali beneficio, non fuit cognitum, ergo nec iudicatum. l. de qua re, de iudic. Secun-
6 dò: quia † laudum ferendum eſt ſecundum diſpoſitionem iuris, & ſicuti ſententia, eo modo & laudum recipit modificationẽ quantitatis expreſsæ ab inuẽtarij diſcuſsione. Aut dicimus, quod iſtud cauſetur ex obligatione facta in cõpromiſſo, prout vult Ang. & alij ſup. relati, & ſimiliter dico impoſsibile. Primò quia talis obligatio eſt relata ad iudicandum de iure, & ſicuti iudicatum recipit dictam modificationem, ita & eodẽ modo recipere debet illa obligatio. Secundò dico, quòd † in obligatione generali non veniunt ea, quæ veriſimiliter ſpecialiter quis non obligaſſet. l. in obligatione generali. ff. de regul. iur. c. 1. de capita. qui cur. vendi. l. 1. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdict. ita & eodem modo non eſt veriſimile, quod quis litigans de certa quantitate ad quam negat defunctum obligatum, neque ſe vt hæredem teneri, quod voluerit compromittendo obligari etiam proprio nomine, & vltra vires hæreditarias, argu. l. cùm de indebito, de prob. Ergo in ea obligatione tale beneficium eſſe remiſſum intelligi non debet.

¶ Non obſtat, quod obligauerit bona ſua propria, & conſequẽter videtur apparere, quod voluit teneri vltra vires hæreditarias, aliàs nihil operaretur illa obligatio, quod eſt abſurdum. l. ſi quando. ff. de lega. 1. cum vulga. Quia ſatis poterit obſeruari, vt poſsit exequi etiã in bonis proprijs ipſius hæredis, pro quantitate tamen quę continetur in viribus hæreditarijs: ſeu pro quanto eſt in ipſa hæreditate, ſufficit enim quòd aliquid operetur.

¶ Et iſta pars ſine dubio viſa eſt ęquior: quia nullo modo apparuit, quod intentio ipſarum partium fuiſſet ex hoc cõpromiſſo voluiſſe in aliquo lædi, immo ille qui compromiſit, poſt laudum opposuit de diſcuſsione inuentarij, & fuit facta diſcuſsio parte non opponente, & demum viſo defectu hæreditatis opposuit. Ideo ex his omnibus fuit declaratum, exceptionem inuentarij admittendam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Institutio an valeret, per quam excluditur soror vtrinque coniuncta.*
2 *Exclusus per alium sufficit, qui posset succedere, licet cum effectu non succedat.*
3 *Dispositio generalis generaliter debet intelligi.*

DECISIO XXVI.

IOannes Antonius de Ianuario habens auiam paternam, & sororem vtrinque coniunctã instituit hæredem auiam fideiq; eius commisit, vt hæreditatem restitueret extraneis quibusdam. Fuit magna
1 disceptatio, an† valuisset talis institutio & fideicommissum, per quod excludebatur soror vtrinq; coniuncta à medietate bonorum obuentorum ex linea paterna. Et dicebatur, quòd patre, vel alio ascendente existente in medio cessabat consuetudinis dispositio, incip. Si quis vel si qua. Et consuetudinis. Et si testator: quia seruatur ius commune in auth. defuncto, vt per Neapoda. in præallega. consuetud. Et q̃ istud in tantum procedit, vt isto casu sit data libera potestas ac facultas, quasi cessante consuetudinis vinculo, liberè disponendi, etiam in extraneos excluso patre vel matre. Et pro hoc adducebatur auctoritas Domini Stephani de Cayeta de Neap. qui fuit Præsidens Regiæ Cameræ, & vir magnæ auctoritatis, & sententiæ: qui in libro suo consuetu. Ita declarauit Neap. per apostillam, quam ego vidi scriptam propria manu illius vt dicebatur. Et ad comprobandum istud adducebatur illud quod probatur ex tex. l. 2. §. quod si sit agnatus. ff. ad Tertull. & per Alex. post alios in l. illã.
2 C. de colla. quòd † sufficit, quòd is qui impediebat sit exclusus per alium, qui posset succedere, licet non succedat cũ effectu. Latius deducit, & consuluit Franc. de Aret. in consil. 24. & 27. Et intentio Neapoda. pro hac parte eliciebatur in multis locis, in quibus videtur sentire hanc opinionem.

¶ Sed his non obstantibus, contraria opinio visa est æquior & verior, ac magis consona consuetudinibus & intentioni Neapoda. Et sic fuit declaratum cum interuentu Domino Sigismundi de Loffredo Regentis Regiam Cancellariam. Et hæc opinio præsertim fundabatur, ex quo matrimonium contractum cum dicta Auia, & D. Antonio Ianuario olim Præsidente Sacri Regij Consilij fuit secundum nouum vsum Nidi, & Capuanę, per quem est exclusa & effecta penitus extranea, taliter quòd non potest dici in medio existere: prout declarat idem Neapo. in consuet. Si quis vel si qua: & consequenter cõsuetudo locum habere debet, vt collaterales non excludantur à matre. Et licet non fuisset exclusa, tamen quia non fuit instituta simpliciter, & perpetuò, sed fuit grauata de restituendo extraneis, quo casu adhuc videtur dicendũ, quòd collaterales non excludantur. Nam rationes, ex quibus cõcluditur per Napoda. quòd existentia parentum excludat proximiores, seu quòd pater nõ excludatur à collateralibus per cõsuetudines, sunt fundatæ mero fauore patris, & pro vtilitate ac reuerentia patris, vt latius per Andre. in cap. primo, de natur. succes. feud. & per Luc. de Pen. in l. prima. C. de impo. lucra. descrip. lib. 11. Sed isto casu non potest cõsiderari vtilitas ascendentis post mortem, cùm ab ea fideicommissum sit, & consequenter cessant illæ rationes, ergo remanet dispositio cõsuetudinis saltem post mor-
3 tem illius, Quæ † cùm sit generalis generaliter debet intelligi cùm cesset ratio distinguendi, per ea quæ latè dicunter per Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. Alexan. in authen. ex testamento. C. de colla. Ias. in l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iur.

Digitized by Google

¶ Præterea, hunc caſum expreſsè decidit conſuetudo ſi filiusfamilias, quæ præſupponit patris exiſtentiã, & tamen dicit, q teſtatur ac ſi paterfamilias eſſet, ſed paterfamilias nõ poteſt de medietate diſponere, ergo nec filiusfamilias.

¶ Et ſi dicatur, quòd illa verba non referantur ad id de quo diſponetur ſeu de quanto poſſit, ſed magis ad facultatem teſtandi. Nam dico, quod illa verba, taliter relata eſſent ſuperflua: quia eo ipſo quòd dicebatur poſſe teſtari, ſufficiens erat, nec oportebat adijcere, ac ſi paterfamilias, quaſi voluiſſet, quòd diſpoſitum in eo qui erat ſui iuris, haberet locum etiam in filiofamilias, & hoc ſatis erat conueniens, quando patrem in totum non inſtituiſſet, vt gloſ. Neapo. ibi ſentit, & quod non ſolum referatur ad habilitatem teſtandi, ſed ad id de quo diſponere potuiſſet, apparet ex ſubſequentibus verbis, ibi, itaq; non tenentur &c. Et quòd hæc opinio ſit ex mente Neapo. demonſtratur apertè in pluribus locis. Et primò in conſuetu. filiusfamilias in 1. gloſ. in fi. de alia medietate filiusfamilias habet neceſſe relinquere parẽtibus bonorum ſubſidium, vt in conſuetu. ſi filiusfamilias, & non de eo quod datur ex prouidentia conſuetudinis alijs proximioribus, & ſic prouidentia conſuetudinis in fauorem proximioris non ceſſat propter exiſtentiã parentum, quibus tenetur relinquere bonorũ ſubſidium, & ſic loquitur in cauſa teſtati, per tex. quem allegat in conſuetu. ſi filiusfamilias, & hoc caſu pater habebit bonorum ſubſidium, & poterit in alia medietate concurrere, cum perſonis de quibus in authẽ. defuncto. Et ideo Neapoda. dicit, quod ſeruatur ius commune ideſt authen. defuncto: quia non excluduntur omnino proximiores, ſi ſunt tales cum quibus ſeruetur authen. defuncto, nõ autem vult Neapoda. quòd ſeruetur ius commune, ſcilicet relinquendi totum extraneis, ſaluo bonorum ſubſidio patri, vt per partem contrariam prætenddbatur.

¶ Secundò, hoc idem ſentit Neapoda. in d. conſue. ſi quis vel ſi qua, in gloſſ. in verbo præterquam. in fi. col. ibi. Ex præmiſſis quæ dixi, quod pater exiſtens in medio, ſuccedat filio in dotibus maternis, videtur quod ius commune quoad patrem exiſtentem non ſit correctum, quaſi põderet quòd non in alterius beneficium, ſed quòad patrem, cùm ergo tractatur de extraneorum beneficio, videtur ſine dubio, mentem Neapodan. fuiſſe vt correctio ſit forma.

¶ Tertiò idem expreſſius dicit in d. cõſuetudine ſi filiusfamilias, ver. ſi nolit, vbi dicit, ſi filius vult relinquere omnia patri poteſt, & ſic excludere collaterales. Ex quibus verbis demonſtratur, quòd niſi pater inſtituatur, collaterales non excluduntur, & quòd erant vocati non obſtãte patris exiſtentia, quia aliàs malè dixiſſet, & ſic excludere, ſi erant ex ſola patris exiſtentia excluſi.

¶ Non obſtant ea, quę dicebantur de text. in §. ſi ſit agnatus, & in l. illam, de colla. quoniam contraria opinio eſt verior, vt per Socyn. in conſ. 150. 1. volu. vbi reſpondet contrarijs. Et licet videatur obſtare, quod ſatis erat fuiſſe auiam inſtituram, inſpecto tempore teſtamenti, & mortis. l. 1. ff. de regul. cato. l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſthum, vt ſi collaterales excluſi remaneant perpetuò excluſi. Tamen hoc caſu numquam fuerunt excluſi ſtante pacto noui vſus, & licet prædicaretur de cauſa inteſtati, tamen quòad medietatem cõſideratur vt inteſtati cauſa, prout ſæpè fuit iudicatum ex mente Neapo. qui limitat l. ius noſtrum. de regul. iur. Neque poteſt dici teſtatus, in quo non potuit diſponere. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. & ideo collaterales nunquam fuerunt excluſi.

¶ Præterea, etiam quod inſtitutio tenuiſſet, quando pactum non obſtaret, tamen quia non fuit perpetua, ſed cum onere fideicõmiſſi, idem videtur dicendum, ne detur materia fraudi, & circũueniendi conſuetudinem, contra tex. in l. non dubium. C. de legib. l. cum quid

ff. de

Digitized by Google

ff. de regul. iur. Et sic fuit sententiatum dictum Ioannem Antonium non potuisse disponere de medietate bonorum obuentorum.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Magnæ Curiæ impedit appellationem in causa homicidij.*
2 *Appellationis formalitas licet sit sublata, recursus nõ intelligitur sublatus.*

DECISIO XXVII.

EXtat Ritus Magnę Curię, quod † in causa homicidij non appellatur, fuit quidam cõdemnatus ad mortem, conuictus de homicidio, commisso in personam patruelis Ioannis Angeli Pisanelli, non tamen confessus, appellauit, & per viam recursus, & querelæ ac omni meliori modo in forma. Fiscus & accusator dicebant, quod nõ debebant audiri, & habita magna discussione super validitate dicti ritus. Et quod de iure debet saltẽ restringi, vt † licet sit sublata formalitas appellationis, quæ est de iure ciuili. Tamen recursus non intelligitur sublatus, propter defensiones, quæ sunt de iure naturali. Et habita informatione q hic ritus non reperiebatur aliquando obseruatus, licet nunquam prædicti recordabantur similem casum euenisse, cum voto Magnæ Curiæ Vicariæ, & Domini de Colle fuit decretum esse admittendam recursum, & fuit causa commissa D. Nicolao Maioranæ, à quo dato breui termino, fuit sententia confirmata per Decretum, quòd Magna Curia exequeretur.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius nouus an debeat iterum citare partem absentem, & contumacem, stante citatione prius facta ad omnes actus.*

DECISIO XXVIII.

VIt dubitatatum, si quando proceditur in contumaciam, quia fuit facta citatio ad omnes actus in forma Sacri Consilij, & existente reo contumace, & propter absentiam, vel mortem, aut impedimentum causę Cõmissarij, subrogatur alius Commissarius, an † debeat nouus Cõmissarius iterum monere, seu citare partem absentem, & contumacem. Et licet Specu. & Ioan. And. videantur contrariari, tamen Paul. de Castro in l. edictũ, ff. de iudi. distinguit concordando opinionem, quem sequitur ibi Iacobi. Ego allegaui Archi. qui decidit, quod debet iterum semel citari, in c. caueant, 3, q. 9. Et hæc opinio visa est æquior, licet alia videatur magis de stricto iure: quia amplius non est citandus, vt per Imol. & Geor. in clem. sæpe, in vers. nam sic, de verbo. signifi. Hoc maximè procedit, quando causa esset in terminis, in quibus posset pars contumax, refectis tamẽ expensis, admitti ad faciendum defensiones, & ad hoc satis facit ille tex. in d. l. edictum, & ita fuit obseruatum in pluribus causis, quando D. Bernardus de Sanctis profectus est ad Curiam, & processus sui fuerunt commissi mihi, & D. Galeotto Fonsecæ.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando per cessionem suorum iurium præiudicet sibi in prælatione.*

DECISIO XXIX.

1 QVædam† mulier vendidit multa bona cum viro insolidum, & confessa est se pretium cum viro recepisse, & cessit iura: & quantitas bonorum alienatorum ascendebat ad maiorē summam, quàm erant dotes dictæ mulieris: tandem viro mortuo, cœpit possessionem aliorum bonorū viri pro dotibus suis, & similiter vendidit: & cùm esset mortua: quidam creditor viri petijt assistentiam super bonis vltimo loco alienatis: possessores bonorum excipiebant, quòd habebant causā ab vxore illius debitoris, quæ habebat anteriora iura; ex aduerso replicabatur, quòd ipsa cesserat iura sua alijs . . . taliter, quod sibi præiudicauerat, per id ꝙ optimè dixit Ange. in l. si cū emptore. ff. de pact. Hic casus visus est mihi difficilis per ea quæ dicuntur per Bal. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. per Imol. in c. cum contingat de iureiur. Tamen, quia illa videntur habere locum, & cōsiderari in præiudicium viri, non in præiudicium tertij: quia non est conueniēs, vt priores emptores possint excipere de iuribus sibi cessis, & similiter posteriores, taliter quod ab omnibus sit excluſus qui possidet bona valoris multo maioris quàm fuerint dotes. Propterea visum est Sacro Consilio, quod præstetur assistentia, nō obstante quod habeat causam ab illa vxore debitoris, postquā cesserat iura sibi competentia alijs emptoribus, per ea quæ dicit Angel. in d. l. si cum emptore. ff. de pact. quia per cessionem antea factam remanent inania eius iura quòad tertios. Et ita videtur posse responderi his quæ ponit Abb. in consil. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. adeo. & l. actionem. §. mortem, ff. pro soc. explicatur. nu. 6.*
2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligenda.*
3 *Quasi contractus, qui oritur ex aditione hæreditatis non debet plus operari quàm expressa conuentio.*
4 *Dispositio testatoris dubia debet recipere interpretationem à iure. intellige. vt num. 8.*
5 *Societas finitur morte, si non remanet persona æquè idonea. declara vt nu. 7.*

DECISIO XXX.

1 FVit dubitatum in Consilio, an† dispositio l. adeo & l. actionem. §. morte. ff. pro socio, habeat locū etiā si societas fuerit ordinata à patre inter plures filios, vt vno moriente, alij superstites teneātur prosequi patris ordinationem, & remaneat societas.

2 ¶ Dubium faciebat, quòd† lex loquitur generaliter, nec distinguit cuius ordinatione, vel quomodo societas ordinata sit. Præterea† non debet plus operari quasi contractus, qui oritur ex aditione hęreditatis paternę, quàm expressa conuentio societatis, quæ finitur per
4 mortem. Præterea, illā† dispositio testatoris, iubens societatem, debet recipere interpetrationē à lege in casu non declarato per testatorem, scilicet quando vnus moreretur, l. commodissimè, cum vulga. ff. pro soc. Præterea in casu isto non remanebat persona æquè idonea, sicut mortuus, quo casu etiam in limitatione illius legis finitur† societas, si persona non est æquè idonea, vt
5 per gl. in d. l. adeo. in verbo scripta.

¶ Contrarium fuit decisum à maiori parte, ex coniecturata mente testatoris, qui verisimiliter interrogatus, si vnus ex filijs fuisset mortuus, idem disposuis-

6 set,

Digitized by Google

6 set, vt societas duraret. Et † sic fuit limitata illa lex, vt non procedat in societate iussa per patrem testatorem.

7 ¶ Nec obstabat quod † superstites non essent æquè idonei, sicut mortuus: quia hoc pater non curauit, dum societatem iussit ab initio, interesse æquales, ideo non videtur mentem cessare per mortẽ habilioris: quia mens patris est prouidere minus habilibus per habiliores, & augere patrimonium.

¶ Non obstat, quòd casus non esset
8 prouisus: quia potest prouideri per iudicem ex cõiecturata mente. l. hæredes mei. §. cum ita. Nec est inconueniens vt plus operetur societas ex dispositione testatoris, quàm ex contractu: quia in vno fit interpretatio, quæ non fit in alio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus continens duo remedia contraria non procedit, intellige vt nu. 3. 6.*
2 *Actor parte opponente debet eligere.*
4 *Circuitus euitandus.*
5 *Remedia ad diuersa tendentia cumulantur.*

DECISIO XXXII.

1 IN causa Domini Nicolai Sanctilli fuit dubitatum † an hic libellus procederet. Peto hæreditatẽ declarato nullo asserto testamento, & si quid est peto legitimam. Dicebatur quod non procederet, quia duo sunt remedia contraria, per tex. in l.
2 fi. C. de cõdi. & † parte oppouẽte, actor debet eligere, vt voluit Ang. in l. Papinianus. §. si quis irritum. ff. de inoff. test.

¶ Fuit decisum, quod libellus procedebat, & quod aliter eligere actor non
3 tenebatur. Primò † quia duo remedia contraria possunt cõditionaliter, & subordinatè proponi, vt limitat laf. qui allegatur in l. 1. C. de furt. in quinta limi-
4 tatione. Secundò † quia euitatur circuitus, prout limitat Iacobi. de S. Geor.
5 in d. l. 1. in 7. limitat. Tertiò † quia ista remedia tendunt ad diuersa ex diuersa causa, non ex eadem scriptura: quia legitima non petitur ex ipso testamento, seu ex voluntate testatoris, quo casu nõ habet locum dispositio d. l. fin. vt patet ex illo text. & ibi omnes, & sumus in descendẽtibus, in quibus similiter admittitur contrarietas, & cessat dispositio d. l. fi. vt in illo text. & pro hoc casu satis videtur facere text. in l. hæreditas materteræ. ff. de peti. hæredit.

¶ Nec obstat, quod debeat eligi secundum Angel. in d. §. si quis irritum. quem sequitur Areti. in l. 3. §. nihil commune.
6 ff. de acquir. poss. quia † illud debet intelligi in remedijs contrarijs, in quibus sententia lata in vno pareret exceptionem rei indicatæ in alio. Nàm eo casu quo cumulatio non impeditur, non tenetur eligere, & eo casu impeditur, quãdo obstaret litis pendentia in vno, quæ ita demum obstat, si obstat sententia. Ita notabiliter declarat Salyc. in l. eum qui. de inoff. testa. in fin. Et pro his latè faciunt dicta per Socy. in c. 1. de libell. obla. & consuluit Bald.

SVMMARIVM.

1 *Possidere duo insolidum non possunt.*
2 *Qualitas non præsumitur mutata rei inhærens.*
3 *Ius affidandi, & diffidandi est iurisdictionis.*

DECISIO XXXII.

PEr Vniuersitatem Castri septem fratrum possidebatur quædam mõtanea, quæ dicebatur septem fratrum, in ea etiam exteros affidando, & diffidando, vtilis Dominus illius Castri, qui est Magnus Admiratus, prætendit illã ad se spectare, & pertinere, & pbauit illã esse intra fines territorij, seu Castri prædicti, & q̃ anteces-

cessores

BIBLIOTECA NACIONAL
Digitized by Google

ceſſores ſui illam poſſederunt fidando, & diffidãdo, & probabat de annis quinquaginta de viſu, & vltra. Pro parte vniuerſitatis probabatur quadraginta annorũ de viſu, & quadragintaquinq; & de auditu de antiquiſſimis tẽporibus, non tamen probauit, quod ſcientibus & videntibus dominis, qui pro tempore fuerant.

¶ Fuit dubitatum, an eſſet fundata intentio Admirati agentis, & fuit cõcluſũ, quòd ex quo probatur de antiquiore poſſeſsione ex parte actoris, præſupponitur, quod illo tempore erat penes Dominum & non penes vniuerſitatem:

1 quia † duo inſolidum poſsidere nõ poſſunt. l. ſicut certo §. duobus vehiculum ff. comoda. Si igitur erat penes Dominum, & intra fines Caſtri, præſumitur quod ſit feudalis, licet aliàs quando ab alio poſsideretur, non præſumeretur, vt latè diſtinguit Socin. in conſil. 181. par. 11. & in conſ. 166. qui allegat plura, & eſt de mente Andr. de Iſern. in c. 1. de benefic. inter maſcul. & fœmin. Et ita videtur expreſsè tenere, & fortius Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de fund. limitro. lib. 10. Si igitur eſt feudalis conſiderato illo tempore antiquiori, ſequi-

2 tur neceſſariò, quòd † illa qualitas non ſit mutata l. ſemel malus de reg. iur. Et non apparente legitimo titulo qualiter ad vniuerſitatem peruenerit illa poſſeſſio etiam quadraginta annorum nihil releuat, vt dicit gloſ. in conſti. quadam generalem. in gloſ. fi. & ibi per Andr. & propterea fuit declaratum, quod Monnea ſpectabat ad Admiratũ. Tantò fortius, quòd † illud ius affidandi, & diffi-

3 dandi eſt iuriſdictionis, & iuriſdictio ſpectat ad dominum, fuit tamen ſaluatum ius ipſi vniuerſitati pro vſibus hominum ipſius vniuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum extinguitur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non eſt in libero commertio.*

2 *Gloſ. in l. pater. ff. de adim. legat. reſtituitur.*

DECISIO XXXIII.

PErottus Villaut Magnus mercator Catalanus reliquit quandam quantitatem pecuniæ, quam conſequi debebat, filiæ ſuæ ſecundogenitæ. Lege adiecta, quòd ſi debitor pro ea quantitate inſolutum dare voluiſſet annuos introitus feudales, quod recipere debuiſſet: quia ita illi ipſe promiſerat, ante obitum Perottus ipſe in ſolutum dationem recepit à debitore. Primogenita filia, quæ ſuccedebat in feudis, negabat deberi legatũ:

1 quia † eſſet extinctum, ex quo de pecunia erat effecta res, quæ non eſt in libero commertio. l. cætera, §. fi. ff. de lega. 1. cum concordantibus.

¶ Fuit determinatum contrarium, quod cedere debuiſſet introitus cum aſſenſu impetrando per ſecundogenitã, aut ſolueret in pecunia. Pro hoc ſatis facit tex. in l. pater. ff. de adim. lega. ibi

2 † gloſſ. corrigendo, etiam dum dicit nubens, quia vult dicere lubens, volens, ſeu ſi vult, ſecũdum antiquos Codices, & faciunt iura ibi allegata per glo. & facit etiam quia aſſenſus de facili hodie obtinetur in hac re, per ea quę conſiderat Iacobi. de S. Geor. in tracta. feudo. in ver... & præcipuè nos mouit: quia apparebat de enixa voluntate teſtatoris volentis deberi legatum, ſiue pecunia exigeretur, ſiue in ſolutum darentur introitus, quo caſu æſtimatio debetur, l. ſi quis inquilinos. §. 1. ff. de lega. 1. vt declarat Alex. in conſ. 9. in prin. in 11. vol.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio, an dispensatio dicatur, quando quis non est habilitatus ad feuda.*
2 *Habilitatio non est iuris ad personam sed personæ ad ius.*
3 *Clericus beneficiatus absque dispensatione potest matrimonium contrahere, licet ipso iure vacent beneficia.*

DECISIO XXXIIII.

1 EVit dubitatatum in causa legitimationis Gasparis Contæ, an † illa esset legitimatio, vel dispensatio, quia non erat legitimatus ad feudalia, nec ad officia, & q si extassent legitimi non potuissent habere plusquam legitimus. Quinimmo præsupponebatur, quod Gaspar fuisset clericus in minoribus beneficiatus, & propterea vitium erat indispensabile per Principem secularem in radice matrimonij.

¶ Et quòad primum conclusum fuit, quod exceptio illa non facit, quòd dicatur dispensatio, ex quo succedit post natalium restitutionem, atque plenariam personæ habilitationem, ita sentitur per Andr. in tit. de succeff. ab intesta. §. primo. Alexan. in l. pactum de colla. & in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Capra in consil. 157. Socyn. in cons. 246. colum. 3. in prin. Lud. Sard. in tract. legitim. in tit. de legitimatio. p rescript. quæst. 3. & de effect. legitimatio. quæst. 1. & secũda, & Nicol. de Vbal. in tractat. succeff. ab intesta. in decima charta, dum respõdit ad c. naturales. Dec. in d. l. pactum, & in consil. 258. & sentit idem Deci. in cons. 52. dum dicit, quod est legitimatio si fiat secundum communem modũ, & idem sentit Socy. in l. Gallus. in §. si eius ff. de lib. & posthum. Franc. Curt. Iunior in l. qui se patris col. antepenult. C. vnde lib. Raphael. Cuma. in cons. 88. cui se subscripsit Paul. de Castr. & hoc tanto magis procedit, quòd illa reseruatio est de his, quæ tacitè erant iam exceptuata ex iuris dispositione: quo casu non alteratur nomen, & effectus ipsius legitimationis, per tex. in l. 3. ff. de lega. 1. & consuluit Fran. Curt. in consil. 74.

¶ Nec obstat, quòd non potest dispensari in radice matrimonij: quia dupliciter respondetur. Primò, quòd licet tunc dicatur pleniffima legitimatio, secundũ Ioan. Andr. & Butr. in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. Capra in consil. 1. Anchar. consil. 272. tamen non tollitur quin nõ sit plena legitimatio, prout declarat Socy. in l. sed si hac, §. patronum, 2 il 2. ff. de in ius vocan. Non † enim est habilitatio iuris ad personam, sed personę ad ius, secundum Bald. & Iac. Butrig. in l. 2. C. de natal. restitut. Fortu. in d. l. Gallus. §. & quid si tãtum, ibi per Crot. not. in c. 1. & 2. de fil. presby. Secundò respondetur, quòd nullà erat necessaria 3 dispensatio, ex quo † absque aliqua dispensatione clericus etiam beneficiatus potest matrimonium contrahere, licet ipso iure vacent beneficia: vt in cap. cõstitutus de cler. coniuga. & in cap. 1. & c. de illo 32. distinct. & in cap. 2. & cap. consuluit, qui cler. vel vouen. Quinimmo verior visa est opinio Io. And. in regul. iur. in mercurial.

SVMMARIVM.

1 *Procurator effectus dominus litis mortuo principali, nullo apparente hærede, an possit in causa procedere.*
2 *Sententia debet formari nomine hæredis defuncti, cùm in hæredem fit transitus à defuncto, Intellige vt nu. 3.*

DECISIO XXXV.

LIte vertente inter Regium fiscum ex vna, & Belisarium Petrarolum ex altera super petita restitutione Casalis Burgarij, ac ipsa lite per procuratorem contestata,

Digitized by Google

stata, mortuus est dictus Belisarius, Procurator qui fuerat effectus Dominus litis, intendebat procedere in causa nullo apparente hærede, fuit dubitatum, an
1 posset. Et † videbatur dicendum prima facie, quòd sic, per text. in l. nulla dubitatio. C. de procur. l. si defunctus. ff. eo. & solum in beneficialibus de iure canonico videtur secus statutum per text. in clemen. fin. de procurat. ibi glos. in verbo per ecclesiam, & in hoc ius canonicum, seu causę beneficiales à iure ciuili, seu profano distant, secundum Guid. Papæ in decis. 119.

¶ Contrarium tamen dixi de iure verius. Nam cùm nullus appareat hæres legitimus, cui aperto iure feudum pertineat, fiscus habet fundatam intentionem, quòd ei apertum fuerit, vt est text. in Capit. Regni ex præsumptuosè. Et propterea cùm ipse fiscus cõuentus sit, non potest contra ipsum iudicium procedere: argumento l. Vranius. ff. de fideiuss.

¶ Peæterea, ratio quare locum habeat dispositio dictæ clem. fin. est quoniam non potest nec à moriente, nec à successore iudicium substineri, nec mandatũ: ita declarat Imo. ibi quarto not. Et optimè Aegid. Bellamer. in consilio... Sed sic est isto casu, quoniam nullus apparet successor, ergo idem ius. Et quando hæres non apparet, consuluit etiam Socy. in consil. 49. vol. 3. & sentit Vital. in d. clem. fi. quòd iudicium procurator prosequi non possit.

¶ Præterea, nisi hæres appareat, sentẽtia sup restitutione frustratoriè petitur, cùm nõ sit cui restitutio fieri debeat, & licet in d. l. nulla, aliqui velint, quòd sufficiat nomine cuiuscunque hæredis ad quem pertineat in procuratorem ferri sententiam, tamen præsupponunt hęredem existere aliquem, at hic nullus apparet præter fiscum eundem conuentũ, & satisfacit quod Angel. Aret. declarat in l. Paulus respondit. ff. quę senten. fine
2 appella. quòd † sententia debet formari nomine hæredis defuncti, cùm in hæredem fit tralitus à defuncto. l. furti. § fi. ff. de infamib. Quæ opinio fuit Rapha. vt dicit ibi Ang. & de mente Paul. de Castro. & Salycet. in l. 1. C. ne ex delict. defuncto. vbi loquitur etiam in causa criminali. Cùm itaque hoc casu nomine hęredis procurator ipse condemnari non posset, vel in eius fauorem iudicatum concipi, cùm nullus appareat hæres, meritò dicendum videtur, quòd hic procurator licet Dominus litis effectus sit, non tamen possit amplius litem prosequi.

3 ¶ Non obstant contraria: quia † locum habent, quotiescunque ex persona hæredis, vires potest suscipere mandatum post mortem Domini. Et ideò in beneficialibus non procedit, vt in d. clem. fin. non quod etiam in prophanis id non procederet, vbi eadem esset ratio, prout Aegid. in præallega. loco declarat. Et sic per Sacrum Regium Consilium fuit dictum, quòd filius dicti Belisarij, qui propter metum rebellionis comparere non poterat, comparere debuisset, aliàs iudicium non procederet. Quo comparente fuit oppositа exceptio rebellionis, & super hoc lis pendet, fuit decretum quod procederetur, sufficit apparere qui se prætendat hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Soror duplici vinculo coniuncta an consanguineo masculo de iure præferatur.*

2 *Fœmina iure feudorum excluſa est à successione.*

3 *Sexus prærogatiua seruanda. num. 4.*

5 *Constitutio respiciens vtrumque casum debet pariformiter determinare.*

6 *Ordo literæ demonstrat, quod fœminæ admittantur ordine successiuo.*

7 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

8 *Stare non prohibetur, quod non mutatur.*

9 *Mascu-*

Digitized by Google

9 *Masculus si excludit fœminam vigore Statuti cum onere dotandi, procedit etiam in consanguineo.*

10 *Fratris appellatione in his statutis venit consanguineus tantum. Etiam si feudum veniret à linea materna... numer.* 11.

DECISIO XXXVI.

DVbium fecit in determinanda lite circa hæreditatem filij primogeniti quondam Marci Saxi in Consilio deducta, quòd dicto primogenito superstes fuit soror vtrinque coniuncta, & frater consanguineus tantùm. Num † soror duplici vinculo coniuncta masculo præferatur. Iure enim cõmuni duplici vinculo coniunctus præfertur, authen. itaque C. commun. de successio. cum vulgar. & in his terminis videtur Andr. determinasse in Constit. Regni, vt de successio.

¶ Sed cùm diligenter veritas inquireretur, communi consensu ita votatum est, quòd masculus fœminæ præferatur, licet hic consanguineus tantum sit, illa vtrinque coniuncta: fœmina † enim iure feudorum exclusa est à successione c. 1. §. & quia, qui feud. dar. poss. & in c. 1. de natu. feud. & in c. 1. de succes. feud. cum similibus. Per cõstitutionem autem reperitur admissa, vbi deest masculus.

3 Sexus † enim prærogatiua seruanda, præcipitur ex dicta constitutione, & cõsequenter vbi masculus est, non censetur admissa fœmina, cap. 1. de his qui sibi, & hæred. suis mascul. & fœm. §. quid etiam, Episcop. vel Abba. masculus autem, qui ad succedendum in collaterali linea vocatur, siue ex vno parente, siue ex altero iunctus sit, æquè admittitur. Ergò sequitur per constitutionem prædictam hunc masculum ex vno parente iunctum operari fœminæ exclusionem: cùm illa non admittatur, vbi masculus est, qui succedere valeat, vt est sẽsus, ac vera dictæ constitutionis interpetratio.

Hæc autem interpetratio duplici ratione

4 ne fundatur. Primò † quia illa clausula prærogatiuæ sexus simpliciter est posita in constitutione, non determinando prærogatiuã ad casum duplicis vinculi. Et consequenter debet simpliciter accipi, l. de pretio, de publ. & † cùm

5 respiciat vtrumq; casum, scilicet quando consanguineus tantum, vel vtrinque coniunctus, debet vtrumque pariter determinare. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. Nec potest dici diuersam rationem habere propter duplex vinculum in fœmina: quia hæc ratio non est in consideratione apud statuentem. Patet, quia siue ex duobus, siue ex altero tantùm admittit. Præterea in masculo duplex vinculum consideratur, & fortius quidem sexus masculinus, & cõsanguinitas est hoc fortius: quia iure feudorum nititur, & concordat. Et ita quasi in proprijs terminis consuluit, & probat Alex. in consil. 29. prim. volum. Et licet illa clausula prærogatiuæ sexus, non sit posita in versiculo, ex collaterali, tamen

6 per glos. ibi subintelligitur, & † ordo litteræ demonstrat, quod ordine successiuo fœminæ admittantur, vt in d. c. 1. de his qui sibi, & latè probat Deci. in cons. 139. & in cons. 193. col. 3. vbi allegat quamplura consilia. Secundò fundatur, quod certum est hunc casum pro fœmina non decidi per constitutionem: Non enim dicit, fœminam ex vtroque parente coniunctam masculo præferri, est er-

7 go omissus † si omissus, remanet fœmina iure communi exclusa. l. comodissimè, de liber. & posthum. Quòd † non

8 mutatur, cur stare prohibetur. l. præcipimus. C. de appella. Necesse est igitur fateri, aut hunc casum pro masculo decidi, vt supra probatum est, aut pro fœmina nihil ad hunc casum esse specialiter dispositum, & consequenter nõ posse fœminam admitti existente fratre ex vno latere coniuncto: quia non vocatur. Et hoc etiam satis apertè in his terminis concludit Alex. in cons. 9. vol. 5. circa fin. quem refert, & sequitur Cur.

Digitized by Google

in tracta. feudo. 3. par. 6. q. princ. volens fœminam admissam deficientibus masculis, non admitti quãdo masculus ex vno tantum parente morienti iungeretur, licet ipsa ex vtraque. Hanc quoque sententiam firmant satis ea quæ considerat Lud. de Ro. in cons. 411. Quod † si
9 vigore statuti masculus excludit fœminam cum onere dotandi, licèt frater cõsanguineus tantum sit sorori, erit admittendus, sorore exclusa, & dotata ex ratione statuti, vt bona in familia seruentur, vti in hac constitutione considerãda est. Et hoc sequitur, & comprobat Ioan. Campeg. in tracta. dot. in fi. tract. q. 47. dicens aliàs Mantuæ obtentum, & tenet Iaso. in l. tres fratres. ff. de pact. & Albert. Brun. in tract. statut. exclud. fœm. in 12. art. q. 18. col. 2. & allegat Consilium P. uli de Castr. num. 344. & faciunt ad propositũ ea quæ dicit Alex. in consil. 144. in 6. volum. Quod stante statuto excludente omnes ascendentes, & ex fœmina descendentes fratre superstite, & superstit frater consanguineus, & soror vtrinque coniuncta, hic frater so-
10 rorem excludet, fratris † enim appellatione, non dubium est in his statutis etiam consanguineum tantũ contineri, vt optimè vltra prædictos probat Capr. in consil. 138. licet Fulgo. aliter sentiat in consil. 85. cuius opinio ad hunc casũ non potest adaptari, considerata ratione prędicta huius constitutionis, vt bona in familia conseruentur, quę pro expressa debet haberi, prout declarat in simili Brun. in d. tract. in 3. articulo principali, & ista ratio debet haberi pro expressa in hac constitutione per nota. in l. quamuis. C. de fideicom. in ca. suggestum de appellat. Et si alia ratio redderetur, non esset alia, quàm ob fidelitatem, & alia, quæ melius per masculos præstantur domino quàm per fœminas, vt considerat Alex. in consil. 30. in 6. & 7. colum. volum. 1. & sic militat semper ratio, vt qualitas masculina attendatur, quę qualitas non minus est in consanguineo quàm in vtrinque coniuncto, & sic idem ius statuendum, & maximè cum ratio l. maximum vitium, in feudalibus cõsiderari non possit: quia Princeps à quo feuda habentur, legem rei suæ talem imposuit l. in re mandata. C. manda. & non recedendo ab auctoritate nostrorum satis hoc videtur sentijsse Andr. in dicta constitut. vers. ex collaterali, ibi, vt donec sit locus àlijs, non faciendo vim in eo, quod exemplificauerat de fęmina, & in d. §. & quia, in c. 1. qui feud. nam simpliciter dicit, fœminã admitti, nisi concurrat cum masculo, quare prærogatiua sexus sit tantummodo consideranda, per d. constitu. & constitut. in aliquibus. Et hoc sine dubio videtur admitti debere, cùm bona ex illa parte proueniant vnde iungitur. Propter quod fuit allegata quędam apostilla D. Diomedis Maricondæ dicentis, q ita fuit iudicatum, quòd consanguineus excludat vtrinq; coniunctum à successione feudorum prouenientium ex paterna linea, vnde masculus iungebatur, ex generalitate dictæ constitutionis, & propter illa verba Andr. in d. versic. ex collaterali, & allegat insuper ita reperiri determinatum in Registris Regis Alphonsi primi cart. 104. & 193.

¶. Ex quibus omnibus fuit communi voto decisum, frater legitimum successorem fratri cõsanguineo in feudis, quæ à communi patre prouenerũt extitisse, saluo iure cõpetẽti sorori pro Paragio.

11 ¶ Quid autem videretur dicendum † si feuda non ex paterna linea, sed ex materna prouenissent, vnde fratri mortuo masculus non iungebatur, sed fœmina. Videtur, quòd posset ex prædictis idem determinari, vt talis discretio fieri non debeat, & hoc sentit glos. in d. constitut. in verbo succedant, quæ vult, prærogatiuam sexus in collaterali linea seruandam, vt prædixi non facta bonorum differentia. Et licet Andr. in d. constitut. col. 3. videatur admittere in terminis dictæ constitutionis talem bonorum differentiam, per tex. in l. de emancipatis, & in authen. post fratres. C. de legit. hæred.

Digitized by Google

hæred. tamen loquitur quando succederent masculi, vel fœminæ, inter quos non esset habenda sexus prærogatiua: quia tunc debet per ius commune declarari, sed cùm per constitutionem illã, & constitu. in aliquibus, aperta sit mens constituentis, stante masculo fœminam non admitti, si admitteretur, contra cõstitutionem fieret. l. ea lege. ff. de leg. & vocaretur ad feuda à quibus lege feudali excluditur, vt dixi. Ideo non debet secundum dispositionem iuris communis declarari, vt notabiliter dicit Anto. de Butr. in c. ex parte lo 2. in glos. 1. de foro competen. c. in memoriam 19. distinct. Dec. in cons. 33. 1. col. Et hoc verius videretur, licet in dicta causa non fuerit discussum.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus.*
2 *Rescriptum Principis est seruandum.*
3 *Petitorium absorbet possessorium.*
4 *Possidet iustè, qui auctoritate Regia iudicialiter procedente possidet.*
5 *Auctoritas superioris spoliantis non tollit interdictum recuperandæ.*
6 *Considerandum non est, quid fuerit obseruatum, sed quod obseruari debuit.*
7 *Infidelis ex descendentibus primi acquirentis non censetur vocatus ad successionem.*
8 *Fidelitas est causa infeudandi.*
9 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
10 *Rebelles illi dicuntur, qui contra honorem, & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt.*
11 *Confessio facta parte præsente in actis nullis probat tanquã extraiudicialis.*
12 *Confessio facta in iudicio, licet nullo, nocet.*
13 *Remissio seruitij non inducitur taciturnitate sola cum possessione feudi absq; præstatione seruitij.*
14 *Actio competens Domino contra vassallum ad repetendum feudum apertum ob felloniam non terminatur tempore.*
15 *Anni triginta requiruntur in feudis, vt præscribatur.*
16 *Anni viginti verò in rebus fiscalibus de iure communi.*

DECISIO XXXVII.

¶ *Ego cuperem in causa hac esse potius auditor, quàm relator, tum grauitate negotij, tum auctoritate rei iudicatæ, sed postquam ita oportet, dicam quod sentio. In primis dubia tria occurrunt. Primùm, vtrum iudicari potuerit in petitorio, illudque absorbuerit possessorium intentatum pro parte quondam Sancij de Hamudio. Secundum, vtrum in petitorio fuerit non rectè iudicatum ratione prætensæ inhabilitatis quondam Domitij Carboni ad succedendum Henrico, quæ dicitur consistere in duobus. Primò, quia patruus. Secundò, quia dicitur, illum non fuisse fidelem. Vltimò, vtrum posito quòd ex his sententia sustineri non possit, sustineatur ex renunciatione Dominæ Mariæ facta ratione excambij per eam recepti. Dicam (vt spero) breuibus, & per conclusiones.*

CIrca primum, videtur mihi sine dubio dictum Sãcium fuisse grauatum: quia † spoliatus est ante omnia restituendus: etiã si incontinẽti offeratur probatio dominij. l. si quis emptionis. C. de præscript. 30. vel 40. anno. in c. 1. de restitut. spoliato. c. in literis, eo. tit. in l. si quis à se fundum. C. vnde vi, cum similibus vltra hanc prouisionem, & iuris dispositionẽ extet aperta prouisio Catho. Regis in processu præsentata, quę fuit habita pro
2 fidem faciẽte, quæ prouisio † seu rescriptum debuit obseruari. c. cũ teneamur. de præben. & in c. si quando de rescript. Neque (meo iudicio) huic conclusioni obstant duo, quæ potuerunt mouere excell. Dominos iudicantes. Primum

Digitized by Google

3 videlicet, quòd † petitorium absorbeat possessorium, quæ causa exprimitur in sententia. Secundum, quia erat difficilis restitutio ratione Regiæ pragmaticæ, quæ possessores tuetur. Nam ad primum dico, quòd tunc causa possessionis absorbetur à causa proprietatis, quotiescunq; ex parte proponentis possessorium, proponitur etiam petitorium, vel ipse idem consentit de exceptione proprietatis discuti, vel in causa proprietatis ab alia parte propositæ iudicari. Apertè probatur in ca. pastoralis, de cau. poss. & proprie. vbi Abb. post Ioan. Andr. Innoc. & alios, & in c. in literis, & in c. solicitè de restitut. spoliat. per Doctor. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. Sed in processu clarè constat, nũquã dictum Sanciũ cõsensisse, quòd de petitorio tractaretur, ergo, &c. Ad secundum dico, quòd quãdo esset difficilis, immò impossibilis restitutio, de iure... exceptionem etiam odiosam, debet tamen in possessorio iudicari, glo. est singularis, quã sequuntur omnes in d. c. pastoralis in verbo facultatẽ, quæ loquitur in retentione ex aliqua causa, etiã per l. si quis in tantã. C. vnde vi, cuius legis dispositio est pœnalis, & odiosa. Quinimmo dispositio dictæ Regiæ pragmaticæ non trahitur ad eos, qui haberent dispositiones aliorum Regũ contrarias dispositioni Regis Ferdinandi, & vt iam fuit aliàs iudicatum in Sacro Cõsilio in causa cœpta à tempore dictæ pragmaticæ. Neque (meo iudicio) hanc opinionem subuertit illa
4 ratio, quòd † auctoritate Regia fuerit priuatus possessione dictus Sancius, per ea quæ dicuntur in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. quoniam hæc ratio locũ habet Rege, vel Iudice procedente iudicialiter, etiam quòd iuris ordo seruatus non fuerit, secus autem est vbi omninò extraiudicialiter processit, vt in casu isto, ita declarant Doctor. in d. l. iustè possidet, & in l. meminerint, C. vnde vi, & Dec. consil. 361. vbi allegat. Quinimmò in hoc casu Rex ad suam vtilitatem hoc fecit propter viginti mille ducatos, quos sibi Iacobus Carbonus promiserat. Et sic ipse Rex non fuit auctor spolij, sed spoliator, vnde succedit dispositio c. conquærenti, de restit. spoliato. quòd † auctoritas superioris spoliantis non tollit interdictum recuperãdæ possessionis, certum est, quòd Rex ad suas manus redegit, & postea restituit Iacobo, licet in hoc vim aliquam non faciam, cùm nulla præcedente cognitione fuerit facta illa restitutio, & sic datur interdictum, seu remedium restitutorium vt supra dixi, etiam quòd Rex aut Princeps fecerit, l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vtilit. publ. maximè nulla publica vtilitate subsistente: quia iam Regnum erat diuisum, & Rex cogitabat de fuga, vnde cessat ratio l. Item si vulneratus ff. ad leg. aquil. & quæ in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public. cum similib. in ca. Quæ in ecclesiarum, de constit. & per hæc circa hoc caput dico bene reclamatum per Ioannem de Hamudio. Verum, quia in hoc iudicio consensit, vt etiam de petitorio cognoscatur. Ideo transeo ad aliam dubitationem.

¶ Circa secundum, an fuerit bene iudicatum in petitorio, circa quòd sunt discutienda duo. Primum, an obstitisset successioni dicti Domitij qualitas quia patruus, secundum an fuerit infidelis. Circa primum quæstio est satis ardua inspecto iure Constitutionum Regni, licet hodie decisa per ca. Regis Catholici. Tamen quod attinet ad tempus Regis Ferdinãdi Primi, quòd tempus inspici debet, quando terram Padulæ ad se recepit, vt videtur opinio glos. in constit. vt de successionib. in Regno fuisse magis probatam quam opinio. Andr. ibi in c. 1. Imperator Lotha. & secundum illam opinionem fuisse iudicatum refert D. Ant. de Alex. in Apostilla, & Luc. de Penna in l. 1. C. de impo. lucrati. descriptio. & D. Math. in d. constitut. vt de succes. & in d. cap. 1. Imper. Lothar. Quia immò recolendæ memo-

riæ

riæ Sigismundus Loffredus in d. cap. 1. Imper. Lothar. qui tenet opinionem And. pro patruo, etiã inspecto iure Cõstit. Regni, dicit tamen, q Reges Aragonei in hoc conniuentibus oculis pertrãsibant, & sic licet non iudicauerint contra patruum, non tamen iudicauerunt pro patruo. Immò Rex Federicus in feudo Trentulæ cum Paulo Brancatio protestatus extitit, quòd volebat iudicare pro patruo. Mihi tamen in proposito hęc ratio non satisfacit, quia verior videtur opinio Andr. per rationes suas,
6 quas breuitatis gratia omitto. Nec† cõsiderandum est, quid fuerit obseruatum, sed quid obseruari debuerit, quia Reges huius Regni iurant obseruare constitutiones Regni, & ideo non possunt illas in præiudicium singulorum, & totius Regni mutare, vt in c. cum intellecto, de iureiur. cum similibus, & propterea hæc ratio iudicatum infringere non debet.

¶ Circa secundum de ratione prætensæ infidelitatis quæstio est facti magis quàm iuris. Nam clarum est de iure,
7 quòd is qui est infidelis ex descendentibus primi acquirentis nõ censetur vocatus ad successionem, probatur apertè in cap. primo. §. Huius autem generis in quibus cau. feud. amittat. & dicit Andr. in c. 1. §. porrò, quæ sit pri. cau. benef. amitten. quòd Dominus nõ tenetur inuestire sibi suspectum, allegat text. in l. 2. C. de postu. Et alia circa suspicionem vitanda: & dicit idem Andr. in c. Imperialẽ in §. insuper col. 2. de prohib. feud. alienat. quòd Dominus potest dicere petenti inuestituram, tu fuisti ingratus, nolo inuestire, & habet rationem euidentem, quia† cum fidelitas sit causa
8 infeudandi, vt dicitur in cap. 1. in fin.
9 per quos fi. inuestit. limitata† causa limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. c. cum cessante de appell. cum vulga. sed quòd Magn. Domitius fuerit infidelis, & rebellis Regis Ferdinandi Primi, videtur (meo iudicio) ex primis, & nouis probationibus satis apertè demõstrari, & probari. Nam vt dicitur in cap. 1. qui sint rebell. Illi
10 † non dicuntur fideles, sed rebelles, qui contra honorem, & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt, vt in l. 1. cum sequenti. ff. ad legem Iul. Maiestat. sed p omnes testes numero decẽ examinatos pro parte Mag. Iacobi Carboni in primo processu super articulis additis probatur, & sunt testes nobiles de visu, q tempore belli, quod gerebatur per Ducem Ioãn. Henricum possidebat terrã Padulæ, & Castellani, fructus percipiendo mediante Domitio, qui erat Balius Henrici, & omnia per ipsum gubernabantur, & hoc etiam fatetur ipse Iacobus tanquam principalis examinatus ad instantiam Hamudij: & terra Paduli cum castro fuit rebellis contra Regem Ferdinandum, vt probatur latissimè per testes Hamudij super 64. & 65. & Carbonus non inficiatur: ergo dictus Domitius tenuit castrum rebellatum contra honorem, & fidelitatem Regis Ferdinandi Primi, & consequenter fuit rebellis, & infidelis, d. c. 1. qui sint rebel. & in d. l. 1. ibi, Arcem tenuerit. Item probatur per confessionem ipsius Iacobi, de qua in supplicatione, & articulis
11 factis tempore Regis Caroli. Nam† illa acta licet non habeant vim actorum, propter defectum iurisdictionis, cum dictus Rex Carolus fuerit inuasor, & tyrannus, tamen probabit illa confessio tanquã extraiudicialis facta parte præsente, quia omnia fuerunt Alfonso intimata, & notificata, & fuit geminata, immò sæpissimè reiterata, maximè in scriptura, quo casu absq; omni difficultate plenè probat, vt tenet Bar. in l. cum scimus. C. de Agri. & censit. Paul. in l. publia. ff. depos. Felyn. latè in c. si cautio.
12 de fide instrum. & † confessio facta in iudicio licet nullo, nocet. Abb. in c. cum dilectus de ord. cognit. & tàm in primo processu, quàm in hoc postremo numquam Iacobus docuit de errore, vel probauit contrarium, immò non allegauit, quòd Domitius fuerit fidelis, & ista probatio est fundata in hac causa reclama-

Digitized by Google

tionis, quia nõ apparebat in primo processu de omnibus supradictis qualitatibus fundantibus dictam confessionem: & licet producantur articuli dicti Hamudij, tamen non apparet de mandato in hoc, neque quòd ratum habuerit, & eius exceptiones fuerunt reiectę, & non probatæ. Quo casu succedunt dicta per Doctor. in c. cum venerabilis, de exceptio. in l. alio. ff. de his quib. vt indign. Felyn. in c capitulum Sanctę Crucis, de rescript. & sententia inde sequuta comprobauit veritatem rei, ideo ista probatio firma remanet. Tertiò probatur, quòd fuerit infidelis per testes examinatos inter easdem partes. Quartò, per testes examinatos per dictum Iacobum in anno 1504. Quintò per testes examinatos per dictum Hamudium contra Nicolaum Caracciolum. Sextò, per testes in processu antiquo examinatos.

¶ Non obstat his probationibus, quòd Rex Ferdinandus Primus passus fuit, dictum Domitium possidere feudum Padulæ, vt pro parte Carboni afferitur: quoniam omissa responsione quæ in fa-
13 cto consistit. Respondeo † quod de iure per taciturnitatem solam cum possessione feudi absque præstatione seruitij, & contrario actu, nõ inducitur remissio. Ita tenent Andr. & Bald. in d. §. insuper, & in §. præterea si vassallus, & in c. 1. col. 2. de feud. sine cul. non amitten. Imol. in c. 2. de feud. & Prępos. in c. 1. colum. 3. quo tempore mil. Et dicit Andr. in c. 1. §. porrò, quæ sit prim.
14 cau. bene. amitten. Quòd † actio competens Domino contra vassallum ad repetendũ feudum apertum ob felloniã, non terminatur tempore, nisi vt aliæ actiones, & certè donec vassallus, & Dominus viuit, Doctor. non dubitãt, quòd non obstante lapsu temporis possit feu-
15 dum vindicari à domino. Et † in feudis requiruntur triginta anni cum præstatione seruitij, vt supra dixi, vt præscribatur, c. si quis per triginta, si de feudo. Et de iure Constitut. Regni 40. vt in
16 Constitut. Quadragenalem, & † in rebus fiscalibus de iure communi viginti anni, vt in l. in omnibus. ff. de var. & diuers. nisi in casibus, vt in l. 1. §. 1. ff. de iur. fisc. per Abba. & alios in c. cum nobis de præscript.

¶ Non obstat assertum capitulum copiatum à transumpto: quia illud minimè probat, vt in auth. siquis in aliquo.

¶ Non obstat Priuilegium confirmationis functionum fiscalium: quia illud non potest applicari dicto Domino Domitio, qui in feudalibus non fuit hæres Iacobi sui patris, ex quo erat secundogenitus, & non intelligitur de filijs primogeniti. Et propterea dicendum est, stante huiusmodi inhabilitate, non fuisse admittendum dictum Domitium ad successionem Henrici, & propterea bene reclamatum. Ante publicationem partes se concordauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo si quis, vel si qua, an habeat locum, patre, vel matre existente in medio.*
2 *Consuetudo corrigens ius commune debet strictè intelligi.*
3 *Principium numeri non est numerus.*
4 *Verba legis, vel consuetudinis cui non conueniunt, nec eius dispositio cõuenit.*
5 *Consuetudine cessante habet locum ius commune.*
6 *Statuto stante excludente matrem propter agnatos, si supersint sorores, vel fratres, potest mater admitti, cessante statuto.*

DECISIO XXXVIII.

1 AN † consuetudo Si quis, vel si qua, habeat locum, patre, vel matre existente in medio, & similiter consuetudo, Et si testator. Neapod. vult, quòd non habeat locum consuetudo, sed remaneat firma dispositio authen. defuncto. C. ad Tertullia. Probatur eius opinio ratione,

2 Quia

Digitized by Google

2 Quia †consuetudo corrigit ius commune,& debet strictè intelligi,& sic in casu simplici, quando quis decedit relictis collateralibus, non autem ascendentibus simul cum collateralibus,qui est casus mixtus. Item, quia consuetudo loquitur de proximioribus ex parte matris,vel patris,non debet includi pater, vel mater:quia sunt principia,non prin-
3 cipiata,sicuti † principium numeri non
4 est numerus, & † cui non conueniunt verba legis,vel consuetudinis,non conuenit etiam dispositio.

¶ Istud declara quando pater, vel mater,aut alius ascendens concurrit simùl cum fratribus defuncti secũdum terminos dictæ authen.defuncto, tunc succedunt omnes secundum terminos d. authen. Sed quando ascendens concurrit cum alijs remotioribus, qui non comprehenditur in d.authen. tunc succedit solus ascendens sine illis,quia neque per consuetudinem vocantur stante ascendente per prædicta,neque de iure: quia secunda causa est ascendentium,& excludit collaterales, præter eos qui in d.authen.defuncto.authen.cessante.C. de legit. hæred.

¶ Hic dubitatur de duobus. Primò, si frater vterinus, qui vocatur ad successionem per consuetudinem secundum Neap. concurrit cum ascendente: quia non est inclusus in d.authen.debeat excludi. Secundò,an possit decedens disponere in quem voluerit in præiudiciũ ascendentis,& aliorum qui simul vocãtur. Quòad primum Neapoda. determinat,quòd succedit, quòad secundum distinguit, aut vult disponere in præiudicium ascendentis, in fauorem extranei,& non potest: quia fieret fraus consuetudini, & ita fuit decisũ per Sacrum Regium Consilium in causa Dominæ Ioannellæ Oriliæ,auiæ Ioannis Antonij Ianuarij,aut vult disponere in fauorem ascendentis,& in præiudicium eorum qui possũt concurrere cum ascendente per authen.defuncto. Et Neapoda. videtur sentire, quòd non, in consuet. Filiusfamilias in prima glos. in fin. ibi de alia medietate. Fuit decisum simpliciter in causa Ferdinandi Roberti, quòd postquam consuetudo non habet locum patre, vel matre existente in medio,vel alio ascendẽte,quòd potest simpliciter, & liberè filius disponere: quia
5 † cessante consuetudine habet locum ius commune. Et pro hoc adducebatur auctoritas D.Stephani de Cayeta in apostilla,qui ita decidit,& vltra eum allego Bald. in l.illam, C.de colla.& Matheſillan.in tracta.de succeſſ. ab intest.
6 quòd † stante statuto excludente matrẽ propter agnatos,si supersint sorores,vel fratres, potest mater admitti cessante statuto. Et idem in simili decidit Bal. in l. quicumq; C.de seruis fugi.& Petr. de Anch. in c.canonum statuta,vers.itẽ consulo.de constitu. sequuntur Moder in l.post contractum. ff. de donat.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an possit accusationem institutam prosequi.*

2 *Laycum nullum admitti ad accusandum de vsuraria prauitate, nisi ordinariè agendo.*

3 *Lex simpliciter loquens à nobis distingui non debet.*

4 *Pœnitentia sola plurima peccata delentur, excepto, & propter quòd extorta restituenda sunt.*

5 *Vsura crimen est, quòd natura ipsa atque euangelica lex maximè detestatur.*

6 *Vsuris quæ diripiuntur verè miserabiles censendi sunt.*

7 *Vtilitati communi, nec incongruum,ac diuinæ legi visum est, vt excrescente impiorum nequitia acrius procedatur.*

8 *Decreta Sacri Consilij vicem legis obtinent.*

9 *Doctoris auctoritas probationem desiderat.*

Digitized by Google

DECISIO XXXIX.

CVM fœneratorum abusus adeo frequens esset, vt iam in plurimos huiusmodi criminis notatos animaduerti deberet. Ne amplius in contemptum Diuinæ atque humanæ legis hoc scelus sustineretur.

1 Hæsitatum fuit sæpius, an † desistentibus accusatoribus, qui ad agendum ordinariè fuissent admissi, suam suorumq; iniuriam prosequentes, possit fiscus accusationem ipsam prosequi, pœnasque ab his sumere, quos deliquisse probasset. Et varias fuisse antiquorum sententias, quidam è senioribus affirmabant, cum alij, non posse fiscum prosequi ex antiqua sapientum interpetratione dictauerint. Alij verò ex contestatione litis cum accusatore facta ius fisco oriri comprobauerint, cum autem hæc quæstio in causa cuiusdam Pictoris de Calatia, certam determinationem desideraſſet in Sacro Cõsilio adducta, omniũ consensu, & authoritate veluti generali quadam lege sanciẽs definita extitit, vt cum accusator admissus fuisset, tunc fiscus admitti debuisset, ordinarièq; prosequeretur, siue ante cõtestatam litem, siue quidem post accusator destitisset: Firmatur id primum ritus auctoritate,

2 quo cautum est, nullum † laicum ad accusandum de vsuraria prauitate admitti, nisi ordinariè agendo, & tunc eo ipso, quòd admissus fuerit accusator fiscus quoque similiter admittatur, per ea quę no. glos. in l. lecta. in l. tunc ff. si cert. pet. & in l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstr. in l. Gallus in princip. ff. de liber. & posthum. Non est igitur ex illis verbis expectandum, an accusator desistat, an

3 prosequatur, cum ea lex, † quæ simpliciter loquitur, distingui à nobis non debeat, l. de precio. de publicia. Quod si si dicatur lege distinguendum, l. sed, & si posteriores ff. de legib. l. sciendum. ff. de his qui satisd. cog. iuncta authen. offeratur, C. de lit. contesta. fatendum quippe est: sed non alia lege quàm Regni Constitutione: per quam crimen hoc publicum redditur, competitque propterea ius fisco vindicandi, vt si alio ritu corrigatur, quòd accusator pro sua suorumue iniuria sit: non erit publici inditij qualitas correcta, atque sublata in omnibus: sed quanto minus poterit l. Præcipimus. C. de appellat. l. Sancimus in fin. C. de test. vt si accusator interueniat, legitimeque instituta accusatione desistat, possit fiscus prosequi: Nã dum accusatio præcesit, corrigenti ritui satis videtur factum, & dũ fisco prosequendi potestas fit, id quod expressè à constitutione sublatum, atq; abrogatum non est obseruatur, ita quidem in simili voluit tex. in l. vnic. §. his tantum, ibi glos. & Bald. C. de lati. liber. toll. glo. in auth. de hæredit. ab intest. in verbo vacantib. Bar. in extrauagan. ad reprim. in verbo non obstantibus. Roman. in consil. 57. & 332. Nulla igitur lege distingui debet ritus ille qui fiscum admittit, cũ nulla sit quòad causæ prosequutionem Regni Constitutio, quæ distingui patiatur, immò verum si quis hoc diceret, correctionẽ extendi vellet, quę omninò vitanda est vbi aliter posit, l. 1. C. de inoffic. dot. c. cum expediat. de electio. in 6. ca. Ecclesia vestra, ibi Abb. in 6. not. de electio. Bart. in l. 4. §. erit. ff. vi bonor. rapto. Alex. in cons. 42. col. 1. & sequent. vol. 3. Accesit quoq; huic determinationi, quòd partis loco fiscus alio ritu vocatus atq; admissus videtur, eũ obseruari, l. libellorum, formã à fisci procuratore statuitur; obseruari quidem non poterit, nisi ad agendum admittatur, argũ. l. edita. C. de eden. c. examinata de iudic. neque nõ frustra id requireretur si cum accusatore procedi semper deberet, cum illi id onus incumberet d. l. libellorum, & authen. offeratur, c. qualiter, & quando, de accus. quinimmò accusatore desistente poterit alius à iudice accusatoris loco subrogari. l. 2. ff. de dolo. Bal. in l. 1. C. qui accusa. non poss.

Bart.

Digitized by Google

Bart. in l. in eum, ff. de accusat. Specul. in tit. de accusat. §. 1. verf. quòd si nullus, cur non ritus auctoritate fiscus id poterit, quòd non minus ad publicam vtilitatem pertinet quã quòd cætera omnia puniantur crimina; quæ & si plurima
4 † vel sola pœnitentia delentur: hoc tamen minimè, nisi quòd extortum fuerit restituatur, c. quia in omnibus, de vsur.
5 crimen † est quippe, quòd natura ipsa atque euangelica lex maximè detestatur, & horret. c. super eo. de vsur. c. quoniam multi 14. q. 4. Nec ab re est † quòd
6 qui vsuris diripiuntur verè miserabiles censendi sunt. Sed Regni capitulum Pridem initio prouideri instituit ex officio iudicantis his, qui pro eorum miseria diriperentur, cur non igitur accusatione prœmissa id possit fiscus? Et hoc etiam communi iure probatum est, vt per Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, per denuntiationẽ, Bal. in aurh. Ad hæc in fin. C. de vsur. & Iacobin. in Rubr. C. de iud. qui quæstionem pœnè hanc in istam sententiam resoluunt.
7 Nec † incongruum communi vtilitati, ac diuinæ legi visum est, vt excrescente impiorum nequitia, & debacchante cupiditatis luxuria acrius procedatur, l. aut facta, §. fin. & l. capitalium, §. grassatores, ff. de pœn. not. per Abb. in cap. at si clerici, de iud. Iaf. in §. ex maleficijs, not. 8. institut. de act. præsertim in eo, qui versari in hoc crimine assuetus esset l. 1. C. de superexacto. lib. 10. Ex quibus rectè iudicari debuit, vt etiam si qua esset contraria lex, Sacri Consilij auctoritate
8 abrogaretur † cuius decreta vicem legis obtinent. l. fin. C. de legib. ne ea amplius præsidio esset fœneratoribus, arg. eor. quæ dicuntur per Bart. in l. omnes populi 6. quæstione, ff. de iust. & iur. & in l. non dubium, C. de legibus in l. 1. C. de indict. viduita. tollen. & in l. 1. in princ. C. de caduc. tollen. & in c. suggestum, ibi Abb. de decim.

¶ Huic sententiæ ita probatæ nequaquam obstat Parid. decis. in suo tractat. syndicat. vt eo casu procedere possit iudex accusatore desistente, cùm aliàs ex officio potuisset, quoniam si lege ciuili fortasse constat, refragantur tamen Regni Cõstitutiones, & ritus, vel (quod satis probo) & si iudex procedere non possit, non inficiatur tamen fisci procuratorem partis loco subrogatum posse, immò id ex rationibus suis probatur, & defenditur, nec sunt accipienda secus verba Iserniæ in cõstitutione prædicta, quæ habet initium, vsurariorum. Nam etsi neget publicari bona, accusatore desistente, non tamen inficiatur, fiscum ordinariè admitti posse, id enim vtrumque verum est, bona eius non publicari, si accusator desistat, & fiscum admitti debere ad prosequendum, vt publicentur. Nam illud primum, ita quidem accipi debet, ex his quæ probauimus, si non ordinariè agendo: atque accusatoris loco accusationem prosequens publicari bona fiscus veller. Si verò aliter illum sensisse quisquam putaret non efficiet, vt discedendum sit à priore sen-
9 tentia, cùm † doctoris auctoritas probationẽ desideret, nõ necessitatẽ inferat.

¶ Ab hoc decreto cùm ad Proregem reclamatum esset, iterum votis omnibus recensitis iustum omnibus, ac expediens Reipublicæ visum extitit.

SVMMARIVM.

1 *Actor si debet exhibere instrumentum, & illud in promptu non habet, procedetur in causa.*

2 *Iuramento alterius statur, dicentis se non habere.*

3 *Intellectus l. fi. C. de fide instru.*

DECISIO XL.

QVòd is qui debet exhibere aliquam scripturam excusetur, si illam non exhibeat, videtur apertè fundari auctoritate Innoc. in
1 cap. 1. de probat. volentis, quòd † licet

Actor

Digitized by Google

Actor debeat exhibere instrumentum, tamen si illud in promptu non habet, procedetur in causa, & illam decisionem Innoc. sequuntur Domini de Rota in decis. 34. in nouis, sub titulo de probat. & tradit Specul. in tit. de instrumento. editio. §. nunc dicamus versic. quid si in libello. Moder. in d. c. 1. Et hoc videtur indubitabile.

¶ Difficultas tamen stat, qualiter debeat verificari istud, quòd non habeat in promptu, seu de facili. Et ex verbis Innoc. & prædictorum nō videtur, quòd requiratur aliqua probatio, nec verificatio. Domini de Rot. Abb. & alij in d. c. 1. & Bald. in l. qui stipendia. C. de procurato. 2 tenent simpliciter† quòd stetur iumento dicentis se non habere, nec requirunt casus fortuiti probationem, vel amissionem, sed tantummodo dicunt, quòd statur iuramento, etiam quòd altera pars dicat partem pęnes se habere. Et quia Inno. pro sua opinione nihil allegat, Domini de Rota allegant text. in c. 2. de iuramen. calumniæ, lib. 6. & in ca. cum Ioannes de fide instrumento. & dicunt Domini de Rot. quod Aegid. dicebat, hanc esse veram opinionem, & potest satis fundari per text. in l. fin. in fin. ff. de bon. auctorita. iudi. possiden. & ita etiam simpliciter sequitur, Angel. in l. 1. §. edenda. ff. de eden. & Aret. in d. c. 1. col. pen. qui dicunt opinionem Inno. esse communem.

3 ¶ Non † obstat tex. in l. fin. C. de fid. instru. quia ille tex. procedit in alijs fortioribus terminis, videlicet quando scriptura fuit producta in iudicio, & remansit exemplum: quia tunc originale exhibendum est, si de falso redarguendum est per partem. Nam apparet euidenter malitia, nisi probetur amissio, & ex quo productio originalis est de actis, in ipso originali est ius quæsitum parti, & consequenter eius reproductio peti potest, non obstante iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Filia an censeatur præterita, ex quo titulus institutionis non probatur per septem testes.*

2 *Institutionis titulus est quædam solemnitas.*

3 *Solemnitas volũtatis debet probari per tot testes, per quot ipsum testamentum probatur.*

DECISIO XLI.

DVbium est, quòd explicandum videtur, An † filia censeatur præterita, 1 ex quo titulus institutionis non probatur per septem testes. Nam † vt dicit Iacob. de Are. in l. illa institutio. ff. de hæred. instituen. titulus institutionis est quædam solemnitas, quę potest probari per duos testes, secundum Glos. in l. 2. C. de bonor. possess. secun. tabu. quam gl. sequũtur omnes antiqui, & vidētur sequi Pau. de Cast. & Alex. & quòd sit solemnitas, tenet apertè Cardin. Zabarel. in consil. suo 60.

¶ Contraria tamen opinio in hoc casu videtur verior, cōsiderando, quòd istud testamentum non potest dici inter liberos, quo casu secundum regulam communem debent septem testes adhiberi, l. hac consultissima, l. si vnus, cum vulg. Quando igitur septem testes requiruntur, communis* est opinio, quòd septē testes probare debeant titulum institutionis. Ita Bald. apertè in d. l. 2. versic. 3 ex prędictis, qui dicit, quòd † hęc est solemnitas voluntatis, nō solemnitas probationis, & debet probari per totidem testes, per quot ipsum testamentum probatur: & ita etiam expresse distinguit Paul. de Castr. Philip. Corn. & Moder. & secundum hanc opinionem in proprijs terminis consuluit Dec. in cōs. 105. Et Andr. Sicul. in consil. 29. col. 5. & pro hac opinione adduco doctrinam

Bald.

Digitized by Google

Bald. in l. non codicillum. C. de testam. qui vult, quòd si filio aliquid relinquatur in testamento, & in codicillis dicitur, quòd illud relictum intelligatur titulo institutionis, quòd non propterea præterito excusatur, quia in codicillis, & sic per quinque testes titulus institutionis probari non potest: & hoc refert, & sequitur Ias. in authen. Nouissima, a col. 18. C. de inoffic. testam.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest de plenitudine potestatis tollere rem alterius illi quæsitam per modũ iuris naturalis, vel gentiũ.*
2 *Plenitudo potestatis est illa, cuius causa dicitur in Principe non esse rationem exquirendam, cur ita facis.*
3 *Silentium perpetuum illi imponi debet, qui venit ad impugnãdum illud, quòd ex certa scientia ei de potestatis plenitudine Princeps facit.*
4 *Actio licet tollatur per Principem, tamen non tollitur naturalis iustitia.*
5 *Imperatoris aditus super executione obligationis naturalis, peccaret, si iustitiam non ministraret.*
6 *Imperator licet solutus legibus obligatione naturali ligatur.*
7 *Defensio non potest tolli per Principem.*
8 *Princeps quòd obligetur ex contractu intelligitur sano modo.*
9 *Princeps sine causa non potest tollere quæsita de iure gentium, sed bene obstaculum.*

DECISIO XLII.

DVæ conclusiones pro determinanda hac controuersia meo iunt iudicio faciendæ. Prima conclu-
1 sio est, quòd † Princeps potest de plenitudine potestatis tollere rem alterius illi quæsitam, etiã per modum iuris naturalis seu gentium. Ple-
2 nitudo † enim potestatis est illa, cuius causa dicitur, in Principe non esse rationem exquirendam, cur ita facis, prout dicit Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & l. impetrata, C. senten. rescin. nõ poss. & dixit idem Bald. in c. 1. §. si quis autẽ
3 in titul. de pace Constan. quòd † debet imponi perpetuum silentium ei, qui venit ad impugnandum illud, quòd ex certa scientia, & de potestatis plenitudine Princeps facit.
4 ¶ Secunda conclusio est, quòd † licet tollatur actio per Principẽ, & quis priuetur omni iure sibi competenti, tamen non tollitur naturalis iustitia, per quam quis possit adire eundem superiorem, & per quam ipse superior debeat sibi iustitiam ministrare saltem in forma iuris gentium, & manu Regia. Ita tenent Innoc. Ant. de Butr. & Gemin. in c. quæ in ecclesiarum de constitut. Io. de Imol. in clem. sæpe. de verbor. signif. penult. col. Paul. de Castr. in rubr. ff. si cert. pet. Et
5 dicit Innoc. q; † Imperatoris aditus super exequutione obligationis naturalis, pro qua nulla datur actio, peccaret si iu-
6 stitiam nõ ministraret. Quia † sicut ipse solutus est legibus, ita obligatione naturali ligatur, vt ad iustitiam reddendã, & audiendam cogatur ex debito officij, idem confirmant Card. & Felyn. in clement. Pastoralis 3. not. de re iud. Et ideo ad propositum dixit notabiliter Bald. in
7 l. 1. ff. de constitut. Princip. quòd † licet tollatur aliquo casu exceptio legis 3. ff. quod quisque iur. intelligi debet sublata eius propositio, & forma, non defensio, & substantia, idem Bald. in l. quod Principi, eo. tit. dicit, quòd licet fiat ampla derogatio iurium per Principem, numquam erit sublata obligatio proueniens ex naturali iustitia, & idem firmat in l. si vnus §. pactus, versic. quid si in specie ff. de pact. conuen. Moder. latè in §. sed naturalia instit. de iur. natural. & Bar. in l fin. §. fin. ff. rem rat. habe. Dec. in l. pacta nouissima, C. de pact. Et ideo sublata appellatione, censetur sublata formalitas tantum, Abb. in c. 1. de rescript. Dec. in rubr. de appell.
8 ¶ Non obstat, quòd † ex cõtractu Princeps.

Digitized by Google

ceps obligetur, vt non possit contrauenire. Nam non disceptando vtrum sit contractus, vel concessio, saltem respectu illarum clausularum, quæ non veniunt ex natura contractus, neque de consuetudine, si sunt communiter insolitæ. Tamen dato, quòd esset contractus, illa regula limitatur per Hostiensem in capit. cum dilecti de maiorit. & obedien. vt non habeat locum, quando contractus noceret, & esset in præiudicium tertij, quia non tenet, nec propterea, quòd Princeps se obligauit debet persistere in præiudicio subditorum: & illud cõfirmant Ant. de Butr. & Gemin. in c. Quãto de iureiur. & Domini de Rota in decis. 381. incip. Item, ℣ Præpositus, Moder. in c. 1. de probat. & in cap. 1. de pact. Neque sit præiudicium tale, quòd Princeps facere nequeat. Nam
9 tollitur obstaculum, vt audiatur, & † licet Princeps sine causa non possit tollere quæsita de iure gentium, tamen potest tollendo obstaculum priuare aliquem iure sibi competenti etiam de iure gentium; quia restituitur res in pristinum statum. Glos. in l. si vnus, §. pactus, ff. de pact. & in c. Ab exordio 15. distinct. Curt. cons. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clausula quibuscunque, veniunt etiam hi, qui alias non essent successuri.*
2 *Priuilegium probatur ex trasumpto in actis producto.*
3 *Exemplatione quoties quis ladi non potest non est citandus.*
4 *Registris stari debet.*
5 *Exemplum facit semiplenam probationem.*
6 *Testis de visu facit semiplenam probationem.*
7 *Probationes duæ semiplenæ iunguntur ad faciendam plenam probationem.*
8 *Vsusfructus est pars dominij.*
9 *Princeps omnia iura habet in scrinio pectoris.*
10 *Testandi facultas in his, de quibus testari non licet, strictè interpretanda.*
11 *Regula l. boues, §. hoc sermone limitatur.*
12 *Clausulæ, omni meliori modo, virtus, & num. 13.*
14 *Testamentum quoties non valet in primo gradu incipit à secundo.*
15 *Dispositio de primo actu intellecta non consumatur per actum inualidum.*
16 *Princeps de his, quæ in facto consistunt verisimilem notitiam non habet.*
17 *Inductum in augmentum non debet operari contrarium.*

DECISIO XLIII.

TItulus Mazei resultans ex inuestitura potest considerari dupliciter. Primò, vt hæreditarius, & sibi competens tamquam hęredi. Secundò, vt noua concessio, Alberic. in l. fin. C. de iur. emphit. Ioan. de Imol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, & Angel. ibi. ff. de verb. oblig. Ludou. de Ro. in cons. 554. Alex. in cons. 155. in secundo volum. in cons. 17. vol. 3. Quòd teneat, vt titulus hæreditarius videtur fundari ex eo, quòd Comes habeat illa feuda pro se, & hæredibus quibuscunq; cum potestate disponendi tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, &c. Et
1 prę̃supposito, quòd † ex clausula quibuscunque, veniant etiam hi, qui aliàs non essent successuri, vt videtur omnium opinio, licet Dec. aliter sentiat in ca. in præsentia de prob. Alexan. in cons. 2. colum. 5. & in cons. 10. inter consil. Brun. Ludou. in l. id tempus, §. fi. C. de vsur. & in l. quodcumque de verb. oblig. Quòd hanc potestatem atq; priuilegium Comes habuisset probatur ex transumpto in actis producto, ad quod transumptũ,
2 licet pars citata non reperiatur, † prout de iure requiritur, vt notatur in c. cum olim de priuileg. & in c. cum dilecta, de confirmat. vtil. vel inutil. per Doctor. in authent. Si quis in aliquo documẽto C. de edendo, & latè deducit Sicul. in consil. 164.

Digitized by Google

sil. 194. Tamen in hoc casu minimè videbatur, partem quæ erat Regia Curia, seu Regius Fiscus citari debere: quia,
3 † quotiescunque per exemplationem, quis lædi non potest, non opus est, quòd in exemplatione citetur, ita tenet Bart. in l. quicumque. §. vbi decretum, ff. de offic. proconsul. & lega. Alex. in l. filius familias, in §. Diui. col. 3. ff. de leg. 1. & ibi etiam Ias. col. 8. sed Regia Curia habebat penes se Registra priuilegiorum, ex quibus poterat veritas exempli cognosci, & ex exemplo minimè fraudari,
4 cùm † ipsis registris stari debeat secundum Angel. in §. fin. in authen. de tabellio. & Bald. in l. Imperatores ff. de statu homin. ideò minimè citari debebat. Et dato, quòd citari debuisset, & propterea plenam fidem non faciat. Tamen vera
5 est conclusio, quòd † tale exemplum facit semiplenam probationem secūdum glos. in l. 2. ff. de fide instrumento. Bart. in l. Admonendi in 8. oppositio. de iureiuran. tenent Angel. & Ant. de Alex. in d. authent. Si quis in aliquo. Cùm igitur sit examinatus vnus testis de vi-
6 su † qui etiam facit semiplenam probationem l. iusiurandi C. de testib. c. à nobis, & c. in omni. eo. tit. iungūtur † simul
7 istæ duæ probationes semiplenæ, & facient plenam probationem, per tex. in l. in bonę fidei. C. de rebus. credit. & per Abb. in c. cum causam de proba. & Bar. quem omnes sequuntur in d. l. Admonendi. de iureiuran. & huius priuilegij veritatem satis mihi persuadeo ex inuestitura Regis Federici, qui verisimiliter nisi certus fuisset de potestate prædicta, non admisisset Comitissam ad vsumfructum feudorum, quo casu aut scinditur
8 feudum: quia † vsusfructus pars dominij est l. 4. ff. de vsufruct. aut certè onus imponitur, vt in l. rectè dicimus, ff. de verbor. signif. nec dictum Mazeum de dictis feudis inuestijsset, qui succedere non poterat. Alias sequeretur esse de ignorantia iuris redarguendum eum,
9 † qui omnia iura habebat in scrinio pectoris. Vnde cùm talis disponendi potestas sit comprobata trāsumpto, sit verificata testibus, & demum per Regem ex certa eius scientia confirmata, sequitur necessariò, quòd institutio facta de Mazeo tenuit.

¶ Nec obstant duæ difficultates, quæ contra hoc opponebātur. Primò, quòd in concessione illius potestatis disponendi sit facta reseruatio assensus taliter, quòd nulla fuit dispositio non habito assensu ante mortem ipsius Comitis. Secundò, quòd ista potestas sit cōsumpta per vnicum actum institutionis factæ de vxore, taliter quòd post mortem vxoris, Mazeum instituendo, non valet institutio, cùm talis potestas ad secundum actum non extendatur.

¶ Quòad primam difficultatem, omissis multis responsionibus de clausula ex certa scientia, appositā in dicta inuestitura. Dico, quòd illa reseruatio assensus tantummodo intelligitur facta, ad cognoscendum personam, in quam fit alienatio: quia aliàs illa ampla facultas disponēdi nihil operaretur, l. si quādo cum filius, C. de inoffic. testamen. & propterea si alienatio est facta in fidelē, assensus debet haberi pro præstito, quia præstari debet, secundum ea, quæ traduntur in similibus casibus in Constit. Regni si quis post litem, & hāc opinionem in istis terminis tenuit Francisc. de Aret. in quodam suo consilio facto in causa Iulij de Altauilla de Castro Gambatese, & consuluerunt Domini Mathe. de Afflict. & Do. Par. de Put. prout aliàs didici ab Excell. Domino Sigismundo Loffredo, & mihi semper visa est opinio in puncto iuris verisima.

¶ Quòad secundam difficultatē, quòd vnico actu videatur consumpta illa fa-
10 cultas, & † licet facultas testandi in his, de quibus testari non licet, sit strictè interpretanda, secundum Angelum in l. si seruus communis Meuij. ff. de stipula. seruo. & Imol. & Bald. in l. si quando. C. de inoffic. testamen. & Andr. Sicul. in tract. de præstan. Cardin. q. 4. in prima col. in prin. & in 3. col. in fin. & propterea in

D. hac

Digitized by Google

hac facultate disponendi in quemcunque, videatur dicendum, quòd habeat locum Regula l. Boues, §. hoc sermone ff. de verbor. signif. l. cum pater, §. Pater certum, ff. de lega. 2. l. fideicommissa, §. si decem, ff. de lega 3. cum simil. Tamen
11 † illa regula communitet intelligitur, & limitatur, vt non procedat, quando effectus dispositionis minimè consumitur, & completur in primo actu secundum mentem disponentis, etiam in materia stricta. Ita declarat Bald. in l. inuitus. in fi. C. de procurato. & in l. qui per salutem de iureiurando, & Alexan. in l. veluti, §. hæc vox ff. de edendo, & consuluit Deci. in cons. 77. columna quarta in meo primo volumine, & faciunt dicta per Ioan. Andre. in Mercurial. & Ioan. Monach. in capit. innotuit. de election. Sed effectus istius dispositionis est secundum mentem concedentis expressam in præfatione intelligendus, iuxta text. in l. item quia ff. de pact. vt quicumque hæredes in perpetuum habeant, ibi pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuum, &c. Per institutionem autem vxoris in vita, non haberẽt hæredes Comitis in perpetuum, ergo effectus non consumetur in institutione vxoris: ergò necessariò sequitur, quòd porrigatur ad institutionẽ Mazei. Nec procederet in infinitum: quia non excederet secũdam vicẽ, vt in d. §. hęc vox, & in l. 1. C. si pignus pig. p Fel. inc. licet il terzo de testib. & in c. 2. de tregua, & pac. & cõsuluit Alex. in cons. 15. vol. 2.

¶ Præterea in dicto testamento est ap-
12 posita clausula, omni meliori modo † ex qua clausula videtur testatorem voluisse, quòd si Comitissa non posset esse hęres, & Mazeus post mortem illius: quòd Comitissa habeat fructus iure legati, & Mathæus intelligeretur solus hæres directò institutus, cùm alias hæres esse non posset, pro hoc faciunt dicta per Bald. in l. quoties, C. de hæred. institu.
13 quòd licet testamentum non valeat, in quo filio aliquid relinquitur absque titulo institutionis, §. aliud quoque capitulum, tamen ex illa clausula censetur institutus, & sic vnus titulus transmutatur in alium, per quem testamentum substineatur, vt per multa consuluit in simili Paul. de Cast. in cons. 25. pri. vol. Fulg. in cons. 90. & Deci. in d. cons. 77. colum. 3. & quòd verba obliquentur, & improprientur, vt testamentum substineatur, infinita sunt iura allegata per glos. in l. cum pater, §. mando. ff. de lega. 2. in l. quoties, C. famil. erciscun. in l. eas causas, ff. de condit. & demon. cum similibus.

¶ Præterea pro parte Ducis dicitur, quòd quando in persona eius, qui vellet succedere ex clausula quibuscunque, reperiretur duplex improprietas, quòd tunc clausula quibuscunque non operatur, per multa quę allegantur. Tunc sic, si in vxore reperitur duplex improprietas: quia fœmina, & quia in vltimo gradu successionis etiam in burgensaticis, sequitur, quòd Mazeus hæres erit dire-
14 ctò, & solus. Nam † quoties testamentum non valet in primo gradu, incipit à secundo tex. est in l. 3. §. fi. ff. de liber. & posthum. l. si à primo eo. tit. l. ex facto, §. Lucius, ff. de vulg. & pupil. l. non putauit §. à primo, de bon. possess. contra tab. Sed in primo gradu institutionis factæ de vxore testamentum non tenet: ergo tenebit in institutione Mazei, & non erit fideicommissarius, sed hęres directò, & solus, & sic non habet locum dispositio d. §. hoc sermone, quia dispo-
15 sitio † de primo actu intellecta non cõsumatur per actum inualidum, l. hæc conditio, la grande ff. de condit. & demonst. cum multis, quæ allegantur per Roma. in cons. 540. Et per hæc videtur, quòd titulus Mazei sit validus, & firmus, cui cùm magni Capitanei confirmatio accesserit, neque de iure ipsius Mazei atque confirmatione fuerit facta mentio Regi Catholico concedenti dicta feuda ipsi Magno Capitaneo. Nec
16 † Rex Catholicus verisimiliter de his, quæ in facto consistebant notitiam habuit, sequitur euidenter titulum Magni

Ca-

Digitized by Google

Capitanei in aliquo ipsi Mazeo non obstare, per ea quæ latè dicuntur per Soc. in consil. 164. in 2. volum. Post scripta per Docto. in l. Præscriptione. C. si contra ius, vel vtilit. publ. & in c. quæ in ecclesiarum de constitut. & in c. 11. de iudi. & in c. Pastoralis de re iudic. Nec me mouet Albaranum, quia videtur nõ
17 obstare: quia ꝧ inductum in augmentum, & fauorem dicti Mazei, & propterea non deberet contrarium operari. l. Quod fauore. ff. de legib. & ex verbis ipsius satis constat. Et sic dictum Ducem condemnandum esse ad restitutionem dictæ terræ, salua meliori deliberatione quòad fructus propter introitus perceptos.

DECISIONVM FINIS.

INDEX RERVM OMNIVM LOCORVMQVE INSIGNIVM,

Quæ in his Decisionibus continentur.

ACTIO competens Domino, contra Vassallum ad repetendum feudum apertum ob feloniam non terminatur tempore, decis. 37. num. 14 fol. 30.

Actio licet tollatur per Principem, tamen non tollitur naturalis iustitia, decis. 42. num. 4 fol. 35.

Actor parte opponente debet eligere, decis. 31. num. 2 fol. 21.

Actor si debet exhibere instrumentum, & illud in promptu non habet, procedetur in causa, decis. 40. num. 1 fol. 33.

Admicti non debet id, quod non releuat, decis. 1. num. 7 fol. 2.

Alienatione facta rei emphyteuticæ, saluo Domini assensu, an satis sit in contractu, decis. 24. num. 1 fol. 15.

Anni triginta requirũtur in feudis, vt præscribatur, decis. 37. num. 15 fol. 30.

Anni verò viginti in rebus fiscalibus de iure communi, ibid. num. 16.

Antiqua obseruãtia attẽdenda, dec. 11. n. 2. fol. 9.

Appellationis formalitas licet sit sublata, recursus non intelligitur sublatus, decis. 27. num. 2. fol. 19.

Arbitrium regulari, & electio restringi, decis. 13. num. 2. fol. 10.

Auctoritas superioris spoliantis non tollit interdictum recuperandæ, decis. 37. nu. 5. fol. 28.

Audientia testium senium, & valetudinariorum cõmittitur etiam in causis feudalibus, & criminalibus, decis. 7. nu. 2. fol. 6.

Digitized by Google

B

BEneficium non conceditur, causa relata, & introducta, decis. 15. numer. 1. folio 11.

Beneficio l. maritum solut. matrim. renunciari non potest, etiam cum iuramento, decis. 2. num. 2 fol. 2.

C

CAsus omissus remanet in dispositione iuris communis, decis. 36. nu. 7 fo. 25.

Causa relata, & introducta, non conceditur beneficium, decis. 15. num. 1. fol. 11.

Circuitus euitandus, decis. 31. nu. 4. fol. 21.

Clausula, quibuscunque veniunt etiam hi qui aliàs non essent successuri. decis. 43. num. 1. fol. 36.

Clausulæ, omni meliori modo, virtus. ibid. num. 12. fol. 38.

Clerici releuantur à satisdatione iudicij, decis. 4. num. 1 fol. 4.

Clericus circa ordinatoria, debet obseruare iura iudicij, ibid. num. 2.

Clericus beneficiatus absque dispensatione potest matrimonium contrahere, licet ipso iure vacēt beneficia, decis. 34. n. 3. fol. 23.

Commissio fit in causis meri Imperij, & criminalibus, decis. 7. num. 1. fol. 6.

Commissarius nouus, an debeat iterum citare partem absentem, & contumacem, decis. 28. num. 1. fol. 19.

Compromissum fieri debet inter affines, decis. 11. num. 1. fol. 9.

Compromissum factum de iure tantum in sententiando, inuentarij ratio habenda, decis. 25. num. 3. fol. 16.

Compromissi actus non plus potest operari, quam fuerit intētio compromittentis expressa, ibid. num. 4.

Conclusio libelli attendi debet, & non narratio, decis. 1. num. 5. fol. 2.

Confessio facta parte præsente in actis nullis, probat tamquam extraiudicialis, decis. 37. num. 11. fol. 29.

Confessio facta in iudicio, licet nullo nocet, ibid. num. 12.

Considerandum non est quid fuerit obseruatum, sed quòd obseruari debuit, decis. 37. num. 6. fol. 29.

Constitutio respiciens vtrumque casum, debet pariformiter determinare, decis. 36. num. 5. fol. 25.

Consuetudo, si quis, vel aliqua, an habeat locum, patre, vel matre existente in medio, decis. 38 num. 1. fol. 30.

Consuetudo corrigens ius commune debet strictè intelligi, ibid. num. 2. fol. 31.

Consuetudine cessante habet locum ius commune, ibid. num. 5.

Creditor accipit in solutum meliora bona debitoris, decis. 2. num. 4. fol. 3.

D

DEcretum Sacri Consilij vicem legis obtinet, decis. 39. num. 8. fol. 33.

Defensio non potest tolli per Principem, decis. 42. num. 7. fol. 35.

Dispositio pœnalis non includit clericos, decis. 4. num. 3. fol. 4.

Dispositio generalis, generaliter debet intelligi, decis. 26. num. 3. fol. 17.

Dispositio l. adeo, & l. actionem, §. morte ff. pro loc. explicatur, decis. 30. num. 1. & 6. fol. 20. & 21.

Dispositio testatoris dubia, debet recipere interpretationē à iure, ibid. num. 4 fo. 20. intellige vt num. 8. fol. 21.

Dispositio de primo actu intellecta, non consumatur per actum inualidum, decis. 43. num. 15. fol. 38.

Doctoris dictum, intelligi debet secundum legem, quam allegat, decis. 7. nu. 3. fol. 6.

Doctoris auctoritas probationem desiderat, decis. 39. num. 9. fol. 33.

Dos data spuriæ à patre, an debeat reuerti ad hæredes dotantis post mortem filiæ sine filijs, decis. 21. num. 1. fol. 14.

Dos semper debet esse præcipua, decis. 6. num. 2. fol. 5.

E

EDenda sunt omnia, quibus quis vsurus est, decis. 1. num. 2. fol. 1.

Editio de iure fieri debet, vt possit quis deliberare, ibid. num. 1. fol. 1.

Effectus potiùs quàm modus attendi debet, decis. 4. num. 4. fol. 4.

Excluſus per alium sufficit, qui posset succedere,

Digitized by Google

cedere, licet cum effectu non succedat, decis. 26. num. 2. fol. 17.
Excussio fit aliquando sumptibus alterius, decis. 16. num. 1. fol. 12.
Excussionis beneficium non habent mercatores, ibid. num. 2.
Executio non fit laudo nullo stante, quamuis in compromissis soleat renũciari nullitatibus, decis. 19. num. 1. fol. 13.
Exemplum facit semiplenam probationem, decis. 43. num. 5 fol. 37.
Exemplatione quoties quis lædi non potest, non est citandus, ibid. num. 3.

F

FAcere teneris, quod tibi non nocet, & alij prodest, decis. 7. num. 4. fol. 6.
Feudalia non possunt sinè titulo possideri, decis. 1. n. 4. fol. 1.
Fidelitas est causa infeudandi, decis. 37. numer. 8. fol. 29.
Filia an censeatur præterita, ex quo titulus institutionis non probatur per septem testes, decis. 41. num. 1 fol. 34.
Fiscus an possit accusationem institutam prosequi, decis. 39. num. 1. fol. 32.
Fœmina iure feudorum excluſa est à successione, decis. 36. num. 2. fol. 25.
Fratris appellatione in his statutis venit consanguineus tantùm. Etiam si feudum veniat à linea materna, decis. 36. num. 10. & 11. fol. 26.
Fructuum taxatio vbi facta, illis non habitis non debetur, decis. 10. num. 1. fol. 8.

G

GLosa in l. pater, ff. de adim. lega. restituitur, decis. 33. num. 2. fol. 22.

H

HAbilitatio non est iuris ad personam, sed personæ ad ius, decis. 34. num. 2. fol. 23.
Hæres sciens alios creditores nõ potest soluere primis venientibus, decis. 9. num. 1. fol. 7.
Hæres tenetur actione personali, decis. 20. num. 2. fol. 13.
Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quomodo obligetur, ibid. num. 3.
Hæres conuentus à creditore hæreditario sibi coniuncto, potest opponere exceptionem compromissi vigore pragmaticæ, quòd an erit voluntarium, vel necessarium, decis. 25. num. 1. & 2. fol. 15.
Hyppothecaria an, & quando agi possit super fructibus feudi hæreditarij, decis. 20. num. 1. fol. 13.

I

ILlatio non fit ex diuersis, decis. 10. num. 6. fol. 9.
Imperator aditus super executione obligationis naturalis peccaret, si iustitiam non ministraret, decis. 42. num. 5 fol. 35.
Imperator licet solutus legibus, obligatione naturali ligatur, ibid. num. 6.
Inducta ad augmentum, non operantur contrarium, decis. 43. num. 17. fol. 39.
Infidelis ex descendentibus primi acquirentis non censetur vocatus ad successionem decis. 37. num. 7. fol. 29.
Institutio an valeret, per quam excluditur soror vtrinque coniuncta, decis. 36. num. 1. fol. 17.
Institutionis titulus est quædam solemnitas, decis. 41. num. 2. fol. 34.
Instrumenti reassumptio petita, quando fieri debeat, decis. 12. num. 1. fol. 10.
Instrumentum fit de causæ cognitione interposita, decis. 14. num. 2. fol. 11.
Intellectus c. suscitata de restitut. in integr. decis. 14. num. 4. fol. 11.
Intellectus l. final. C. de fide instrum. decis. 40. num. 3. fol. 34.
Intereſſe an debeatur ex intereſſe, decis. 17. num 1. fol. 12.
Iudicari non debet de eo, quod non fuit cognitum, decis. 25. num. 5. fol. 16.
Iuramento alterius statur, dicentis se non habere, decis. 40. num. 2. fol. 34.
Iurisdictio si conceditur in vassallos, non circumscripto territorio, nulla iurisdictione retenta per concedentem, an si vassallus delinquat extrà territosium, fiat remissio, stante præuentione Regiæ Curiæ, decis. 18. num. 1. fol. 13.

Ius

Digitized by Google

Ius affidandi, & diffidandi est iurisdictionis, decis. 32. num. 3. fol. 22.

L

Lana an veniat appellatione grassiæ, decis. 23. num. 1. fol. 14.
Laudum ferendum secundum dispositionem iuris, decis. 25. num. 6. fol. 16.
Laicum nullum admitti ad accusandum de vsuraria prauitate, nisi ordinarie agendo, decis. 39. num. 2. fol. 32.
Legatum extinguitur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non est in libero commercio, decis. 33. num. 1. fol. 22.
Legitimatio, an dispensatio dicatur, quando quis non est habilitatus ad feuda, decis. 34. num. 1. fol. 23.
Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, decis. 30. num. 2. fol. 20.
Lex simpliciter loquens, à nobis distingui non debet, decis. 39. num. 3. fol. 32.
Libellus continens duo remedia contraria, non procedit. dec. 31. num. 1. fol. 21. Intellige vt num. 3. & 6.
Limitata causa, limitatum effectum habere debet, decis. 37. num. 9. fol. 29.
Lite pendente nihil est innouandum, decis. 8. num. 1. fol. 7.

M

Malæfidei ratio non militat in hærede, soluendo nomen debitoris per adiudicationem, decis. 9. num. 2. fol. 7.
Masculus si excludit fœminam vigore statuti cum onere dotandi procedit etiam in consanguineo, decis. 36. num. 9. fol. 26.
Mora est quid facti, quæ non præsumitur decis. 16. num. 3. fol. 12.
Mulier quando per cessionem suorum iurium præiudicet sibi in prælatione, decis. 29. num. 1. fol. 20.

O

Obligatione in generali non veniunt ea, quæ verisimiliter specialiter quis non obligasset, decis. 25. num. 7. fol. 16.
Obligatus occasione rei, re perempta sine culpa obligati, non propterea liberatur. decis. 10. num. 5. fol. 9.
Ordo literæ demonstrat, quod fœminæ admittantur ordine successiuo, dec. 36. n. 6. fol. 25.

P

Pactum de non alienando non impedit, quin res prohibita alienari veniat sub obligatione bonorum præsentium, & futurorum, decis. 22. num. 1. fol. 14.
Periurus non est audiendus, decis. 2. num. 3. fol. 3.
Petitorium absorbet possessorium, decis. 37. num. 3. fol. 28.
Plenitudo potestatis est illa, cuius causa dicitur in Principe non esse rationem exquirendam, cur ita facis, decis. 42. num. 2. fol. 35.
Pœnitentia sola plurima peccata delentur, excepto eo, propter quod extorta restituenda sunt, decis. 39. num. 4. fol. 33.
Possessor nouus conuenitur pro decima præterita, decis. 10. num. 4. fol. 8.
Possidere duo in solidum non possunt, decis. 32. num. 1. fol. 22.
Possidet iustè, qui auctoritate regia iudicialiter procedente possidet, decis. 37. num. 4. fol. 28.
Prædo restituendus, decis. 1. num. 3. fol. 1.
Princeps potest de plenitudine potestatis tollere rem alterius illi quæsitam per modum iuris naturalis, vel gentium, decis. 42. num. 1. fol. 35.
Princeps quòd obligetur ex contractu, intelligitur sano modo, ibid. num. 8.
Princeps sine causa non potest tollere quæsita de iure gentium, sed benè obstaculum, ibid. num. 9. fol. 36.
Princeps habet omnia iura in scrinio pectoris, decis. 43. num. 9. fol. 37.
Princeps de his, quæ in facto consistũt verisimiliter notitiã nõ habet, ibi. n. 16. fo. 38.
Principium numeri non est numerus, decis. 38. num. 3. fol. 31.
Priuilegium probatur ex transumpto in actis producto, decis. 43. num. 2. fol. 36.
Probationes duæ semiplenæ iunguntur ad faciendum plenam probationem, decis. 43. num. 7. fol. 37.
Procurator effectus dominus litis, mortuo princi-

Digitized by Google

principali, nullo apparente hærede, an possit in causa pcedere, decis. 35. n. 1. f. 24.

Q

Qualitas adiecta verbo, debet determinari secundum tempus verbi, decis. 6. num. 1. fol. 5.
Qualitas non præsumitur mutata rei inhærens, decis. 32. num. 2. fol. 22.
Quasi contractus, qui oritur ex additione hçreditatis, non debet plus operari, quam expressa conuentio, decis. 30. nu. 3. fol. 20.

R

Rebelles illi dicuntur, qui contra honorem, & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt, decis. 37. nu. 10 fo. 29.
Registris stari debet, decis. 43. nu. 4. fol. 37.
Regula l. boues, §. hoc sermone de verbor. signif. limitatur, decis. 43. nu. 11. fo. 38.
Remedia ad diuersa tendentia cumulantur, decis. 31. num. 5. fol. 21.
Remissio seruitij non inducitur taciturnitate sola cum possessione feudi absque præstatione seruitij, decis. 37. n. 13. fo. 30.
Rescriptum Principis est seruandum, decis. 37. num. 2. fol. 27.
Restitutio est quædã gratia, dec. 5. n. 1. fol. 4.
Retrotranslatio locum habere non potest, cũ extrema non sunt habilia. dec. 5. n. 2. f. 4.
Ritus M. C. Vicariæ impedit appellationem in causa homicidij, decis. 27. nu. 1. fol. 19.

S

Scientia debet esse legitima, decis. 9. num. 3. fol. 7.
Secundogenitus excluditur contemplatione primogeniti, decis. 10. num. 3. fol. 8.
Sententia nulla fundata in venditione nulla ex defectu decreti non interpositi, decis. 14. num. 1. fol. 11.
Sententia regia exequi debet, ibid. num. 3.
Sententia debet formari nomine hæredis defuncti, cùm in hæredem fit transitus à defuncto, decis. 35. num. 2. intellige vt num. 3. fol. 24.
Sexus prærogatiua seruãda, deci. 36. n. 3. & 4. fo. 25.
Silentium perpetuum illi imponi debet, qui venit ad impugnandum illud, quod ex certa scientia, & de potestatis plenitudine Princeps facit, decis. 41. nu. 3. fo. 35.
Socer habet beneficium l. maritum sol. matr. decis. 2. num. 1. fol. 2.
Societas finitur morte, si non remanet persona æquè idonea, decis. 30. nu. 5. fol. 20. declara vt num. 7. fol. 21.
Solemnitas voluntatis debet probari per tot testes, per quot ipsum testamentum probatur, decis. 41. num. 3. fol. 34.
Soror duplici vinculo coniuncta, an consanguineo masculo de iure præferatur, decis. 36. num. 1. fol. 25.
Spoliatus antè omnia restituendus, decis. 37. num. 1. fol. 27.
Stare non prohibetur, quòd non mutatur, decis. 36. num. 8. fol. 25.
Statuto stante excludente matrem propter agnatos, si supersint sorores, vel fratres, potest mater admitti, cessante statuto, decis. 38. num. 6. fol. 31.

T

Testamentum quoties non valet in primo gradu, incipit à secundo, decis. 43. num. 14. fol. 38.
Testandi facultas in his, de quib. testari nõ licet, strictè interpretãda. ib. n. 10. fo. 37.
Testis de visu facit semiplenam probationem, decis. 43. num. 6. fol. 37.

V

Vassallorum diuisio, & iurisdictionis generat maximum præiudicium, decis. 13. num. 1. fol. 10.
Verba enunciatiua non alterant iudicium, decis. 1. num. 8. fol. 2.
Verba legis, vel consuetudinis cui non conueniunt, nec eius dispositio conuenit, decis. 38. num. 4. fol. 31.
Vita, & militia est onus feudi, decis. 10. nu. 2. fol. 8.
Vitæ, & militiæ quæstio non compromittitur, quia feudalis, nec de re notoria, decis. 3. num. 1. 2. fol. 3.
Vsura crimen est, quòd natura ipsa, atque euange-

Digitized by Google

euangelica lex maximè detestatur, decis. 39. num. 5. fol. 33.
Vsuris qui diripiuntur, verè miserabiles censendi sunt, ibidem num. 6.
Vsusfructus est pars dominij, decis. 43. num. 8. fol. 37.
Vtilitati communi nec insongruum, ac diuinæ legi visum est, vt excrescente impiorum nequitia acrius procedatur, decis. 39. num. 7. fol. 33.

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

FLAMINII MONACI PONTIFICII, ET CAESAREI IVRISCONSVLTI Patricij Conſentini

ADDITIONES

Ad Deciſiones Sacri Regij Neap. Conſilij IOANNIS THOMAE MINADOI eiuſdem Conſilij Senatoris.



NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XXIX.

Expenſis Ioannis Dominici Boue.

Digitized by Google

Digitized by Google

Imprimi poteſt;

Aloyſius Riccius Epiſcopus.

Percurri ſedulo, Additiones has; Iuriſconſulti, & Patricij Conſentini Flaminij Monaci; ad Deciſiones Neapolitanas Minadoi. de mandato Illuſtris admodum, & Reuerendiſs. Domini mei, Iacobi Terragnoli, Vicarij Generalis, & reperi eas prælo dignas; vt pote inſigni doctrina, & mira eruditione refertas: Datum Neap. die 22. Septembris 1628.

D. Ioannes Dominicus Auliſius Canonicus Deputatus.

Imprimatur.

Iacobus Terragnolus Vic. Gen.

Digitized by Google

Illustriss. & Eccellentiss. Signore

Il Dottor Flaminio Monaci, dice à V. E. che hauendo fatto le Additioni ad Decisiones S.R. Neapolitani Consilij Io. Thomæ Minadoi supplica V. E. ordinare che si possano far imprimere. Vt Deus &c.

Magnificus V. I. D. Io. Baptista de Thoro videat, & referat.

Tapia Regens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 21. Iunij 1628.

Anastasius.

Illustrissime, & Excellentissime Domine

De ordine Vestræ Excellentiæ percuntaui nouas, & vtilissimas Additiones Flaminij Monaci I. C. & Patricij Consentini in Regias Decisiones S. C. Ioannis Thomæ Minadoi miro ordine compactas: easque arbitror pro communi vtilitate imprimi posse, cùm nihil in eis contra Ius publicum; ac honestatem contineri videatur, accedente beneplacito Vestræ Excellentiæ, cui me in omnibus, cum omni qua decet reuerentia submitto. Datum Neap. ex ædibus nostris die 28. Iulij 1628.

Vestræ Excellentiæ

Humillimus seruulus
Io. Baptista de Thoro I. C. Neap.

Imprimatur.

Tapia Regens. Enriquez Regens.
Lopez Regens. Brancia Regens.

Digitized by Google

FLAMINII MONACI
PONTIFICII, ET CAESAREI
IVRISCONSVLTI,
PATRITII CONSENTINI.

ADDITIONES
Ad Decisiones Sacri Regij Neapolitani Consilij
IOANNIS THOMAE MINADOI
eiusdem Consilij Senatoris.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia an possint sine titulo possideri.*
2 *Titulum in rebus feudalibus, an aliquis teneatur ostendere.*
Afflictus laudatur ibidem.
3 *Successor an teneatur indicare titulum authoris sui.*
4 *Titulum an quis ostendere teneatur in possessione immemorabili.*
5 *Tituli materia remissiue.*
Libelli conclusio an sit attendenda, vel narratio, ibidem.
Præses de Franchis laudatur, ibidem.
Minadous laudatur, ibidem.
6 *Spoliatus agens spolio, an teneatur exhibere titulū, & quando.*
7 *Spoliatorum remedium an detur contra bonæ fidei possessorem.*
8 *Spoliatus an possit agere spolio, quando ius commune resistit, vel constat de non iure spoliatorum. num. 11.*
9 *Beneficia incompatibilia possidens, an possit agere spolio.*
10 *Simoniacus, vel intrusus, an possit agere spolio, cuius remedio quando præscribitur.*
11 *Spoliatorum remedium an detur contra titulo possidentem.*

DECISIO PRIMA.

1 VOd feudalia non possint sine titulo possideri, vt dicit hic *numer. 4. Minadous*, adde *Hartam. in tract. de feud. c. 9. lib. 2.* quomodo vassallus, & quando teneatur petere inuestituram.

2 An autem quis teneatur ostendere titulum in rebus feudalibus, dicit quod sic *Aflic. dec. 265.* quem celeberrimum suæ tempestatis Doctorem vocat *Regens Tapia in Constit. Regni Minorum iura*, & idem *Afflict. in c. 1. de contrauer. inuest. Grammat. cons. 9. crim.*

3 Non tamen successor tenetur auctoris sui titulum ostendere, & indicare dicit *Viu. decis. 139. & Lapus alleg. 89.*

4 Nec in possessione immemorabili tenetur aliquis titulum ostendere, *Misinger. cent. 1. obser. 30. Surd. cons. 94.*

5 Et ad materiam tituli vide *Boer. decis. 150. & 89. & 42. & 313. & in decis. Sacr. Cons. Neapol. 66. Præsidem de Franchis*, quem magnū Præsidem vocat idem *Regens Tapia Marchio Belmontis in titu. in integrum restit. in rubrica super consti. Regni*, & acutissimum Præsidem vocat *Consiliarius Rouitus in Pragmat. Cursu dilationum*, & dignissimum Præsidem *Consiliarius Anna in cons. 1. & 59.* & de materia tituli vide etiam *Afflict. decis. 334.* & quæ latè scripsi ego in additionibus, quas feci ad decisiones Neapolitanas *Capicij in decis. 6.* vbi scripsi de materia late.

Ad num. 5. & 6. quod licet in narratione fiat mentio tituli, tamen quia in conclusione actor non se astrinxit, nisi ad simplex possessorium, vnde attenta conclusione, quæ attendi debet, non debet haberi aliqua ratio tituli mentionati. Adde quod in omnibus casibus solius libelli conclusio est attendenda, & præter *Bart.* quem allegat hic *Minadous* noster Regius Consiliarius Sacri Neapolitani Consilij, quem peritissimum Regium Consiliarium appellat *Regens Tapia Marchio Belmontis in Prag. incip. Odia, de arbitris* idem voluit *Decius cons. 57. & cons. 62.* & latè declarat *Gomez in §. Sequens, Instit. de action. & Neuizzan. cons. 4.* nisi ambigua esset conclusio, & clara essent narrata, & clausula esset illa, ius, & iustitiam fieri, quod narrata attenduntur, *Decius in l. potest C. de pact. Auendan. in primo responso*, & in remedio spoliatorum in terminis huius decisionis, vt solius libel-

Digitized by Google

li concluſio ſpectanda ſit, quicquid fuerit narratum præter *Abbat.* quem allegat *Minadous*, tenuit *Ripa*, & alij multi, quos allegat in *l. naturaliter §. nihil commune ff de acquir. poſſ.* ex tribus enim conſtat libellus, nempe ex facti narratione, cauſa facti, & concluſione ſecundũ. *Bar. in l. ſi prius. ff de nou. oper. nunciat.* & quomodo ſit in libello concludendum in hoc iudicio tradit *Socc. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ.* vt actor narret ſe poſſediſſe, & poſtea à poſſeſſione cecidiſſe ſine culpa ſua, & facto, & iniuſtis ex cauſis ſpoliatum poſſeſſione fuiſſe; illamque poſſidere conuentum reum, & poſtmodum concludet ſe reintegrandum ad illam poſſeſſionem, & ſibi illam reſtitui *Doctores in c. ad ſedem de reſtit. ſpol.* non tamen defuerunt Doctores, qui tenuerunt in hoc remedio ſpoliatorum nullum eſſe libellum porrigendum, quia in cauſis ſummarijs nullo indigemus libello. *Rolan. à Valle conſ. 71. lib. 1. Marſil. ſing. 102. & Roman. conſ. 519.* & alij relati per *Luc. de Penna in l. ſi coloni C. de agric. & cenſit.* vbi *Io. de Platea*; Veritas tamen eſt, vt licet ſolemnis libellus non requiratur: attamen talis qualis petitio offerenda eſt, quæ ſit loco libelli, vt in *Clem. ſæpe, de verbor. ſignific.* vbi *Natta*, & *Signor. conſ. 111. & Soccin Senior conſ. 54. lib. 4.* quia non eſt omittenda petitio in qualibet cauſa, in qua ſummariè proceditur.

6 In quantum verò addit, quod fuit deciſum in hac deciſ. vt agens ſpolio non teneatur exhibere titulum. Adde quod ſpolio agens, quando iuris præſumptio aduerſatur, neceſſe erit iuſtum, & legitimum titulum plenè probare, ſecundum *Crau. conſ. 322. Capic. deciſ. 7.* vbi ego quia is qui contra ſe præſumptionem habet iuris in mala fide eſſe dicitur. *Alex. conſ. 75. lib. 4.*

7 Et dixi ego in d. ct. deciſ. *Capicij*, licet detur remedium ſpoliatorum *cap. reintegrand. 3. q. 1.* contra bonæ fidei poſſeſſorem. *Oraſc. deciſ. 93.*

8 Semper enim, quod ius commune reſiſtit ſpoliato, non poteſt ſpolio agere; ſicut enim hominis ſententia reſtitutionem impediri dicitur. Ita & iuris ſententia obſtabit agenti ſpolio, ſecundum *deciſ. Cappell. Tholoſan. 465.* Et

9 ideo qui poſſedit beneficia incompatibilia tanto tempore, vt inciderit in *extrauagantem execrabilem*, agens ſpolio non debet reſtitui, vt fuit Romæ pluries iudicatum in Rota, *Creſcenſ. deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat.* quia ius commune ſibi reſiſtit, vt dicimus etiam de ſimoniaco, qui cũ neque titulum coloratum habeat, agens ſpolio non reſtituitur; quia ſimoniaci, & intruſi non habentes titulum, fures ſunt, *Caſſador. deciſ. 1. de ſimonia, & Verall. deciſ. 334. par. 3.*

10 Præſcribitur tamen remedium hoc ſpoliatorum ſpatio decem annorum, *Rolan. conſ. 73.* & alij, quos allegat *Theſaur. deciſ. 29.*

11 Sicut etiam non datur reſtitutio ſpoliato, quando conſtat de non iure petentis reſtitutionem ſecundum *deciſ.* eiuſdem Rotæ Romanæ in antiquis *de reſtit. ſpoliat.* & *deciſ. 24. Capic. deciſ. 77.* Vbi ego ſcripſi, & de materia ſpolij vide quæ dicam infra in *deciſ. 37.*

12 Et licet dicatur in hac deciſ. quod agens ſpolio non tenetur titulum exhibere. Adde quod datur etiam contra titulo poſſidentem remedium iſtud ſpoliatorum. *Theſaur deciſ. 29.* & vide etiam *Afflict. deciſ. 361* & hæc eſt communis opinio, & in Tribunalibus iudicata.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Nurus contra Socerum an poſſit criminaliter agere ſecundum formam ritus M.C.V.*
2 *Gener contra Socerum an poſſit liquidare inſtrumentum.*
Pompeus Battaglinus laudatur.
3 *Filius an liquidabit contra patrem.*
An filius ſpiritualis aget ſine venia contra compatrem, & quid de filijs ſpurijs.
4 *Frater contra fratrem an liquidabit inſtrumentũ.*
7 *Filius agens contra patrem pro alimentis, an teneatur petere veniam.*
8 *Socer loco patris habetur, & quid de nouerca.*
9 *Vaſſallus an poſſit vocare dominum ſine venia.*
Ciuis an poſſit vocare in iuditio vniuerſitatem ſine venia, ibidem.
Pœna quæ ſit vocantium ſine venia patrem, & ſimiles.
10 *Beneficio, quod ſocer non tenetur niſi in quantum facere poteſt, an poſſit renuntiari.*
11 *Carcerari an poſſit, qui non tenetur inſolidum.*
12 *Beneficio* Authenticæ hoc niſi Cod. de ſolut. *an poſſit renuntiari.*
Nouarius laudatur, ibidem.
13 *Debitores an poſſint dare bona in ſolutum creditoribus, & ſeq.*
Iacobus Cancerius laudatur, ibid.
14 *Scipio Rouitus laudatur.*
Nicolaus Antonius Gizzarellus laudatur.

DECISIO II.

1 NVrus contra Socerum, quod non poſſit criminaliter agere ſecundum formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ ad liquidationẽ inſtrumenti, vt dicit *Minadous* in hac deciſione. Adde, quod gener contra ſocerum poterit liquidare inſtrumentum ſecũdum formam dicti Ritus, vt fuit deciſum in Sacro Neapolitano Conſilio. *Præſes de Franchis deciſ. 366.* & licet fuiſſet olim dubitatum de dicta deciſ. attamen cum Magna Curia Vicariæ decreuiſſet, per ſocerum fieri depoſitum, referente Pompeo Battaglino tunc doctiſſimo Iudice dictæ M.C.V. fuit confirmatum per Sacrum Regium Conſilium, vt ipſe refert ad *Cinum in l. qui in poteſtate Cod. de in ius voc.* & ita vidit ſemper fuiſſe præſentatum inſtrumentum contra ſocerum *Marin. Frezz. in tract. de præſent. inſtrum. par. 8 1. quæſ.* licet idem tenuerit in *12. par. q. 1.* non poſſe accuſari per generum contra ſocerũ:

3 filius tamen non liquidabit inſtrumentum cõtra patrem; idem *Præſes de Franch. in deciſ. 162. 366. idem Battagl. ad Cin. loco citato.* Et an

frater

Digitized by Google

4 frater contra fratrem liquidabit instrumentũ, *Thesaur. decis* 119. quod sic. Sed *Paris de Puteo* tenuit, quod non *loco citato*. Et filius spiritual s non vocabit compatrem suum sine venia, *Alexand. & Roman in l. generaliter ff. de*
6 *pact. Vivius decis.* 230 Et quod filius incestuosus teneatur petere veniam in ius vocando patrem, & vulgo quæsitus agens contra matrem, dixit *Alex. in l.* 2. *Cod. de in ius voc.* & idem in filiis ortis ex coitu damnato, *Iaf. in* §. *pœnales de action.* sed filius in potestate contra patrem nõ potest agere, etiam venia petita *Cuiac. obseruat.* 10. *lib.* 10. Licet vt ibi per eum multi sunt casus in quibus aget filius contra patrem venia petita, & tacitè, vel expressè concessa *Cappc. decis.* 56. vbi ego scripsi, hinc dicit *Anne. Robert. rerum iudicatarum libr.* 3. *cap.* 6. cum filius patrem in ius vocauerit, cum sibi nihil datum fuisset à patre, qui tamen dedit filiæ nuptæ, & filio maiori vxorem ducenti, fuisse decisum in Senatu Parisiense, patrem ab iniusta petitione filij minoris liberando, & filium iussit à patre veniam deprecari litis temerariæ arrogantis, & importunæ.

7 An autem filius agens cõtra patrem pro alimentis, teneatur veniam petere, *Marcus Mantua singul.* 427. & regulam ponit cum limitat. *Soccin. in reg.* 52. *Duen. reg.* 351.

8 Et in quantum dicit *Minadous* in initio ibi (*ratione reuerentiæ debitæ socero.*) Adde quia socer locum patris obtinet *l. quia socer ff. solut. matrim.* cum vulgaribus, ideo vocari non potest in iudicio sine venia socer, nec socrus, *glos.* communiter recepta in *l. generaliter ff. de ius vocan.* Sicut est etiam necessaria venia cum priu. gnus, vitricum, & nouercam in ius vocauerit *Ozzasc. decis.* 3. Et quod nouerca nõ possit vocari in iudicio sine venia, cum loco matris habeatur est *tex. in* §. *Socrus instit. de nupt.* & quod nouercæ debetur reuerentia. est *text. in l.* 1. *Cod. de in ius voc. Andr. Fachin. lib.* 10. *controu. iur. c.* 88. post *Ozzasch.* nisi affinitate soluta. *Vivius decis.* 181. *Pellic. ad Consuet. Auer. cap.* 9. vt per *Ozzasch.* Affinitate enim soluta meritò cessare debet priuilegium petendæ veniæ intuitu affinitatis introductum, *l. sed hoc ita ff. de re iudic.* omnes enim effectus affinitatis sublati sunt, matrimonio soluto, & affinitate, præterquam quoad matrimonium impediendum §. *affinitatis instit. de nupt.* & *c. tria sunt* 35. *q.* 7. vbi *glos.* in verbo *affinitatis* dicens defuncto altero ex coniugibus affinitas dissoluta est, quoad effectus alios omnes, præterquam ratione publicæ honestatis ad impediendum matrimonium, & dicit *Aret.* in terminis in *d.* §. *Affinitatis*, quod licet Socrus non possit in ius vocari sine venia à genero *l. generaliter ff. de in ius voc.* illud locum habet durante matrimonio, & affinitate; non autem matrimonio morte vxoris finito, de quo est *glos.* ab omnibus approbata in *l. sed hoc ita ff de re iudic.*

9 Vassallus autem potest vocare Dominum sine venia *Vrsill. decis.* 265. *Rip. obseruat.* 39. *Peregrin. in tract. de iure fisci lib.* 7. *tit.* 2. *lib.* 2 non tamen Principẽ, *Rolandus cons.* 181. *vol.* 2. licet dicat *Afflict. decis.* 265. quod non, quia nõ vtimur in feudalibus dictis superfluitatibus, vt requiratur venia *Boer. decis.* 271. & ita decisum refert in Camera Imperiali *Misinger. obser.* 92. *cent.* 4. & dicit *Vivius decis.* 230. fuisse decisum quod Ciuis volens agere contra Vniuersitatem debet petere veniam *Grammat. cons. ciuil.* 40. *Narta cons.* 445. *vol.* 5. & alios, qui sine venia vocari nõ possunt dicit *tex. in l.* 4 *ff de in ius voc.* Si tamen fuerit processus totus compilatus contra patrem, vel patronum sine venia nõ valet processus si factus fuit contra inuitum, & cõtumacem, alias processus valebit si pater, vel patronus aliquando comparendo fuerit iudicium prosecutus. *Guido Pap. decis.* 221. qui dicit, & post eum *Ozzasch. decis.* 31. quod numquam in posterum auditur pater, vel patronus, quia debet in prima replicatione, quam facit pater, vel patronus proponi exceptio non petitæ veniæ, pœna autem quinquaginta aureorum, quã soluere debent veniam non petentes, patri debetur, & patrono, & similibus in edicto nominatis, secundum communem opinionem, de qua testatur *Rubin. decis.* 400. non autem ad pœnam prædictam tenentur vocantes vitricum, socerum, & alios similes, quia tales tunc in uriarum actione tenentur, cum agant inurbanè, *Iaffred. Balb. decis.* 50.

10 *Ad num.* 2. quod renuntiari non potest beneficio, quod socer non conueniatur vltra quã facere possit etiam cum iuramento. Adde tu, & limita contra pauperem, *Hyppolit. de Marsil. singul.* 99.

11 *Ad num. eumdem* quod qui non tenetur insolidum non poterit carcerari. Adde tu quod licet ad hoc nihil alleget *Minadous* noster, hoc dicit *Suarez in tit. de los gouernos l.* 2. *for.* 2. *libr.* 2. *q.* 5. *Præses de Franch. decis.* 64. post alios.

12 *Ad numer. eumdem* quod possit renuntiari maximè cum iuramento beneficio huius *auth. Hoc nisi Cod de solut.* percipitur ex verbis *Minadoi*. Adde tu etiam quod idem tenuerunt *Bald. Fulgos. Cynus, Salyc. & Albericus in d. Auth. Alex. Tremacinquius lib. variar. resolut.* 36. *Baez. de inope debitore c.* 1. *Guttierez. de iuram. confirm. c.* 29. & ita fuit decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum *Præses de Franch. decis.* 81. & ita semper iudicauit Senatus Pedamontanus, *Thesaur. decis.* 36. *Iacob. de Beluis. in* §. *fin. in auth. de fideiuss. Alex. consil.* 37. *vol.* 2.

Sicut dicimus de beneficio *Auth. præsent Cod. de fideiuss.* cui potest renuntiari *Thoming. in decis. Lipsiens.* 1. & de beneficio diuisionis cui possunt duo rei debendi renuntiare *Polidor. Ripa singul. obseru. cas.* 89. & venditor beneficio *l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* non tamen valere dicit *Ripa in l.* 2. §. *mutui datio, ff. si cert. petat.* renunciationem prædictæ *Auth. hoc nisi* quando post renunciationem casus inopinatus superueniset, potentiam auferens soluendi pecuniam; quia poterit renunciatione non obstante vti beneficio dict. *Auth hoc nisi Præses de Franch. decis.* 81. ex opinione duo-

Digitized by Google

rum Conſiliarſorum,quibus ibi reſpõdet *Præſes*:quæ limitatio *Ripæ* tollitur hodie ex communi obſeruantia renunciationum caſus fortuiti, & inopinati, &c. & non ſolum valere renunciationem huius *Auth. hoc niſi* cum iuramento, vt dicit *Minadous*, ſed tu Adde,quod aliqui dixerunt etiam per renunciationem omni legum auxilio,cum iuramẽto non poſſe debitorem vti beneficio *dictæ Auth. hoc niſi Bal. in l. 1. Cod. comod. vbi Salyc. Tiraquell.* & alij, quos allegat in *præfat. in l. ſi vnquam* C. *de reuoc. donat. Neguſant. de pignor. in 3. membro 5. partis* à quibus recedit nouiſſimè *Nouarius in ſuo tract. ſeu Praxi dationis inſolutum quæſtio 4. in fine*, qui in *quæſtio. ſequenti* tenuit,debitorem renunciantem beneficio *Auth. Hoc niſi de ſolut.* non certioratum de iure renunciato poſſe tali beneficio gaudere, & in *quæſtio 13.* tenuit beneficium *Auth. hoc niſi de ſolut.* locum non habere contra Dominos cenſuum annuorum, ſed tantum contra creditores aliorum debitorũ,vt ibi latè per eum, & in *quæſtio 15.* tenuit mercatores non admitti ad beneficium *dictæ Auth.* quia tenentur præcisè ſoluere in pecunia numerata, ex *Ripa in d. §. mutui datio*, & *Marant. diſtinct. 9. de ordine Iudic.* & ex alijs, niſi haberent infortunium ex eodem *Ripa*, quod arbitrarium Iudicis dixit eſſe *Ludou. in deciſ. 64.* & *in quæſt. ſeptima*, tenuit etiam *Nouarius* depoſitarium ęgeſtate ductum,qui vſus fuit pecunia depoſitata in proprios vſus conuertens poſſe gaudere beneficio *dictæ Auth.* & in *quæſt 21.* tenuit poſſe debitorem ex literis cambij vti beneficio *dictæ Auth.* vt ibi per eumdem *Nouarium*,quem diligentiſſimum Iuuenem vocat *Riccius Collect. 1242.* & eruditum in *Collect. 2113.*

13 *Ad num. 4* quod in caſu huius deciſionis teciperet creditor bona inſolutũ, meliora tamen quæ habeat dictus Antonius, vt in *Auth. hoc niſi debitor, Cod. de ſolut.* Adde tu ad materiam huius *Auth. Coſtam. de retrotract. 172. Magon. deciſ 16. & deciſ. Auenion. 32. Stephan. Gratian. deciſ. 141. Surdum in tract. de alimentis in titulo 9. quæſt. 41. Theſaur. deciſ. 153.* Intelligendo tamen quod dicit *Minadous*, vt recipiat creditor meliora bona, vt fiat hoc cum circumſpectione, vt non poſſit creditor rem meliorem eligere pluris valentem, ſi offeratur alia res proportionabiliter *Imol. in l. à Diuo Pro §. in venditione ff. de re iudic. Alex. Trentacinquius variar. reſolut. lib. 3. in reſol. 36. Gutierez. de iurament. confirmatorio cap. 29.* vnde Iudicis arbitrio ſunt hæc temperanda, vt dicit poſt alios *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 65 par. 2.* non enim creditor tenetur accipere de bonis debitoris meliora, nec peiora, ſed mediocria, vt per *eumdem deciſ. 64. Maccabrun. conſ. 3.* & ita hoc practicari vidit *Iacob. Canerius* Hyſpanus ſummus practicus, vt dicit in *tractat. variar reſol. cap. 2. de inuentario par. 3.* in Regio Senatu Cataloniæ ad relationem Anton. Oliba Senatoris, & etiam ad relationem Senatoris Michaelis de Salba, & de Ballſeta.

14 Frequens tamen eſt Doctorum opinio, vt præter alios caſus limitetur etiam *d. Auth.* diſpoſitio, quando ſpecificè in pecunia cum iuramento promiſſa eſt à debitore creditori ſolutio; *Doctores* omnes in *l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. petat. & in d. Auth. hoc niſi* ſecundum quorum opinionem fuit deciſum,& in hoc Regno in Sacro Cõſilio *Præſes de Franch. deciſ. 81.* & in Senatu Pedemontano *Præſes Theſaur. deciſ. 153.* & tam aduerſus debitores,quã aduerſus creditores poſteriores, vt fuit deciſum in eodem Sacro Conſilio Neapolitano. *Præſes de Franch. deciſ. 82.*

Attamen in hoc Regno Neapolitano, & in Sacro Neapolitano Conſilio, & in Collaterali Conſilio deciſum ſemper fuit, creditores in pecunia non teneri ad recipiendum bona ſuorum debitorum inſolutum etiam ſi nullus omninõ emptor inueniatur ex pluribus exemplis, & deciſionibus congeſtis per *Conſiliarium Rouitum in conſ. 18.* quem Conſiliarium Rouitum vocat *Regens Conſtantius Marchio Corleti in l. 1. de Conſul. lib. 12.* virum præſtantiſſimum, & Sacri Conſilij ornamentum,& virum nõ ſolum vndequaque doctiſſimum, verum etiam maximæ probitatis,& aduocatum primarium, & nunc ob eius eximias virtutes Regium Conſiliarium, dicit *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. par. 11. in titulo de bonis, quæſt. 26.* Et virum eximium,& in noſtra ſcientia doctiſſimum, & Senatorem integerrimum vocat idem *Molfeſ. ad dictas Conſuet. Neap. in addit. fol. 213.* Vnde nec etiam hæres cum beneficio legis, & inuentarij iuuari poteſt hoc beneficio tradendi creditoribus hæreditarijs bona inſolutum, vt fuit deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano contra hæredem cum beneficio legis,& inuentarij *Præſes de Franchis deciſ. 83.* & idem *Conſiliarius Rouitus* teſtatur in *dicto Conſilio 18.* communem etiam hanc eſſe opinionem Doctorum de iure communi, & quod numquam *Conſiliarius* prædictus audiuit, nec vidit in Tribunalibus fuiſſe contrariam opinionem vſu receptam, ſed quotidie ad creditorum inſtantiam bona hæreditaria, quod exponuntur venalia,& ex pretio, quod reperitur creditoribus ſemper ſatisfieri, vnde ſic fuit obtentum in illa cauſa, pro qua ſcripſit in *dicto Conſilio idem Conſiliarius*, & bona feudalia, & burgenſatica vendita fuerunt cum *tex. in l. final. §. & ſi præfatam* C. *de iure deliberandi*, vbi facultas datur hæredi ſatisfaciendi creditori primo venienti,vel de rebus ipſis,vel de pretio intelligitur,vel de creditoribus,& legatarijs ſpeciei, vel quando creditores contentantur, non autem creditoribus inuitis, vt bene declarat idem *Conſiliarius in d. conſ. 18. & in conſ. 78.* reſpondet *Gratian. deciſ. 141. & Anchar. quæſt. familiar. 64. par. 2. & Anguill conſ. 3.* qui dicunt hanc eſſe communem opinionem. Adde quod poſt hæc mea ſcripta in lucem prodierunt deciſiones nouiſſimæ Sacri Conſilij Neapolitani collectæ per eiuſdem *Conſiliarium Nicolaum Gizzarellum*, quem doctiſſimum Conſiliarium

vocat

Digitized by Google

vocat *Piscontus ad decis. Præsidis* 194. qui in *decis.*7.declarat *dictam decis. Præsidis de Franchis* 81.& dicit Sacrum Consilium eo referente in causa V.I.D. Siluestri de Filippis Ciuitatis Sarni filij,& hæredis cum beneficio legis, & inuentarij quond. Thomæ de Filippis censuit, & iudicauit,etiam quia Siluester adhibuit diligentiam pro vendendis rebus hæreditarijs, & non reperit emptorem,& hæreditas in dies deteriorabatur, & magis non soluendo efficiebatur in damnum creditorum: quia hæres Doctor, & nobilis territoriorum culturæ vacare non poterat, esse condemnandos creditores, prout fuerunt condemnati ad recipiẽdum bona prædicta insolutum in anno 1602.Actuario Romano,bene verum dicit ibi *Gizzarell.* quod in dicta causa non fuit necessarium discutere limitationem traditam in *decis. Præsidis de Franchis* 83.quia non erat renunciatum beneficio *dictæ Auth. hoc nisi*. & etiam in anno 1600. fuit etiam similiter iudicatum, eodem *Gizzarell.*referente pro Marchione Briatici præsente etiam *Præside de Franchis*, qui fecit *decis.* 81. Actuario de Ferrarijs,& respondet etiam *Gizzarellus, Surdus in decis.* 10. postea visa,& similiter post hæc scripta, vidi *Nouarium loco citato quæst.* 23. tenentem nouissimè non posse hæredem cum beneficio legis, & inuentarij vti beneficio *dictæ Auth. Hoc nisi* sed vendere,& satisfacere in pecunia quotiescumque damnum non esset hæredi,secus si ei noceret,nulla mentione facta de *decis. prædicta Gizzarell.* nec de *Consilijs Rouiti*, quia fuerunt eodem anno 1622. opera prædicta impressa cum opere *Nouarij*, & tandem quia dixi superius limitari *dictam Auth. Hoc nisi* non procedere quando specificè pecuniam solui per debitorem promissum fuerit cum iuramento, Aduertas procedere,quando quis promisit soluere in pecunia numerata,vel in pecunia,& non in alia re, at secus si promisisset soluere centum, vel obligat simpliciter se ad centum,& non exprimit in pecunia, & non in alia re. *Thesaur. decis.*153. *Ludouic. decis.*64. *Alexand. Trentacinquius resolut.*33.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ, & militiæ quæstio an compromittatur, & an super ea fiat transactio, ibidem, vbi etiam quid in liquidatione, & an dicantur quæstiones feudales, & num.*3.
2 *Compromissum an fiat super paragio. Fabius de Anna laudatur ibidem.*
4 *Compromissum an fiat super emphyteosi. Et quid de rebus alienari prohibitis. Causæ feudales quæ sint ibidem.*
3 *Vita, & militia an sit onus feudi.*
6 *Compromissum an fiat in causa alimentorum.*

DECISIO III.

QVæstio vitæ, & militiæ quod non compromittatur dicit *Minadous num.* 2. Adde quod idẽ tenuit *Afflict. decis.*43. *&* 138. vbi *Vrsill.* & idem *Afflict. in cap. Imperialem fol.*13.*lit.O. & Duenas regul.*36. *Marant. in spec. par.* 2. *actu.* 2. *Anna in constit. Regni incip. constitutionem diuæ memoriæ, Camer. in l. Imper. fol.*13.*lit. D.* & dixi ego in *pragm. Regni Neap. octuaginta nouem capitum in cap.* 74. *Schrade. de feud.tom.*2.*par.*10.*sect.*1. quod amplia etiam procedere in transactione vitæ militiæ, etiam *Afflict. in d. cap. Imperialem §. præterea Ducatus, & in constit. Regni incipit, constitutionem diuæ memoriæ* nec mireris de *decisione vltima Capicy*, in qua apparet compromissum factum de vita, & militia,quia illud fuit ex cõsensu Sacri Consilij, & ordine, & nomine suæ Maiestatis: liquidatio tamen quantitatis bene potest compromitti, vt dicit etiam hic *Minadous* & omnes *Doctores*, quos superius allegaui, & alij quos nouissimè refert, & sequitur *Anna cons.*75 *& Camill. Borell* amicus meus, nunc Iudex M.C. V. in suis *commentarijs de comprom. super Pragmat. Regni, quæ incip. Odia litium eodem titulo*, à quibus idem *Borrell.* recedit nouissimè in eius *summa decisionum vol.*1. *in titulo de comprom.* recedens à sua prima opinione, quam tenuit in primis suis prædictis commentarijs, & sequitur *Martial.*quem allegat hic *Minadous*.

2 Et quod etiam in lite super paragio nõ possit fieri compromissum,prout in vita,& militia consuluit olim *Consiliarius Fabius de Anna in consil.*75. quem eruditissimum vocat Molsesius *cons.*4 In quantum verò dicit *Minadous* rationem esse,vt vitæ, & militiæ quæstio non compromittatur, quia est quæstio feudalis.

3 Adde quod causæ feudales quæ sint dicit *Clarus in §. feudum, Curt. de feudis in titulo quid sit Iudex Anna in constit. diuæ memoriæ, Afflict. in constitut. Præses Prouinciæ, Milanens. decis.*6. & quod causæ feudales non compromittuntur absque Regis consensu *Cornazzan. decis.*66. *Affl. decis.* 138. *Franciscus March. decis.*586. *volum.*1. *&* Milanens. *in decis. Siciliæ prima Scrader. de feud tom.*2. *par.* 10. *sect.*1. *&* in hoc Regno est *pragmat. incip. Odia litium*, obseruat tamen vsus Regni huius in Collaterali Cõsilio,quod ordinatur Arbitris ante prolationem laudi,vt Arbitri referant in Consilio Collaterali,& in causa Principis Sulmonæ,quia fuit assensus impetratus super laudo, & non super compromisso fuit iudicatum compromissum nullum, & proinde laudum nullum, etiam quod fuisset impetratus assensus super laudo etiam præcedente relatione Arbitrorum in Collaterali Consilio *Regens de Ponte con-*
4 *sil.*52.*vol.*2. Et quod idem sit in causis emphyteoticis,vt nõ compromittantur dicit *Caldas de Iure emphyt. lib.*4.*cap.* 9. & quod procedat etiam in alijs rebus alienari prohibitis *Benmiend. in decis.* 21. 2. *dub. Surdus de alim.*

Digitized by Google

titulo 8. quod reliquit cogitandum *Conſiliarius Rouitus in pragm. 1. de Arbitris* ex dictis per *Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5.*

5 Ad dicta vero in eodem numero per *Minadoum* cum tractatur de onerando feudum non debet fieri compromiſſum ſine aſſenſu. Adde *Andr. in Conſtit. Regni incip. Comitibus*, quod vita militia eſt onus feudi, & in *cap. 1. §. quid ergo de inueſtit. de re alien.* & ſequitur nouiſſimè *Fabius de Anna in conſ. 75.* & dixi latè ego in additionibus meis ad *deciſionem Capycij vltimam*, vbi vide, & dicam inferius in *deciſ. 10.* & rationem quare de feudo non fit compromiſſum, dixit remiſſiuè *Borell. in tract. de comprom gloſ. 1.*

6 *Ad num. 2.* iunctis dictis per *Minadoum* in initio deciſionis, quod poteſt fieri compromiſſum in cauſa alimentorum ex *Speculat. in tract. de Arbitr. Iaſone* & alijs in *l. de alimentis.* Adde *Surdum in tract. de alimentis tit. 8. Priuil. 8.* & tractat etiam *Anna in Conſtit. conſtitutionem*, & faciendum eſſe compromiſſum etiam in cauſa alimentorum dicit *Magon. in deciſ. Lucenſ. 75.* dicit tamen nouiſſimè *Nouar. in pragm. 1. de Arbitr.* referente Frezza fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano procedendum eſſe ad vlteriora, non obſtante petito compromiſſo in cauſa Ioannis Franciſci de Franchis, & Liuiæ Ambroſinæ Coniugum cum Ioanne Baptiſta Ambroſino.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus Laicum conueniens in Curia ſeculari, an teneatur ſatiſdare.*
2 *Clericus an teneatur obſeruare* Regiam Pragmat. 1. de preuent. Moder.

DECISIO IV.

1 CLericus laicum conueniens in Curia Seculari, quod non teneatur ſatiſdare, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, vt dicit *Minadous* in hac deciſ. in qua puntus non fuit deciſus. Adde, quod idem tenuit *Campanilis in addit. ad Oliuam ſuper ritu 4. Curiæ Archiepiſc. Neapol.* Et hanc deciſionem ſequitur *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. part. 10. quæſt. 13. in addit.* & nouiſſimè *Nouarius in pragm. 1. de præuentio. moderanda; Conſiliarius Rouitus in pragm. 1. de præuentio. moder.* Vbi quærens an
2 Clericus ſi præueniat eius creditorem in Curia Seculari, teneatur præſtare cautionem, ibi, de qua cautione tractatur in *dicta pragmat. 1. de præuentio. moder.* & dicit videndum hunc *Minadoum infra deciſ. 4.* & ego dico ſimiliter, vt dicit *Rouitus* ibi.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtantiæ peremptionis materia remiſſiuè.*
2 *Inſuffiatio vitæ remiſſiuè.*
3 *Litis pendentia an impediat litis ingreſſum, & quando dicatur litis pendentia, & in quibus impediat, vel non litis ingreſſum.*

Muſcatellus, & Borrellus laudantur ibidem.

DECISIO V.

1 IN initio huius deciſionis de peremptione inſtantiæ, vide quæ ego latè ſcripſi ad *pragmat. Regni Neapolis octuaginta nouem capitum in cap. 33.* vbi latiſſimè.

2 Et de inſufflatione ſpiritus vitæ in cauſis, de qua facit mentionem *Minadous*, vide per me ſcripta in dicto *cap. 33.* vbi latè dixi.

3 Et ad ea, quæ dixit *Minadous* in hac deciſ. de litis pendentia, quod impediat litis ingreſſum. Adde quoties enim aliquis in aliquo Tribunali impetitur de aliqua re, de qua per prius ab eodem fuerat impetitus in alio Tribunali, poteſt hanc litis pendentiæ exceptionem opponere; nam cogitur tunc Iudex competentem ſtatuere terminum opponenti hanc exceptionem in quo doceat de allegata litis pendentia, de qua cum docuerit opponens, tenetur Iudex cauſam remittere ad illum Iudicē, coram quo cauſa illa fuerat prius incepta, Quia vbi inceptum eſt iudicium, ibi finem habere debet, *l. vbi cæptum ff. de Iudic. Nouar. de elect. fori quæſt. ſexta, ſect. 2.* ex quo *text.* ſumpta eſt praxis in Tribunalibus huius Regni, quæ exceptio litis pendentiæ fuit inuenta, ſecundum *Paul. de Caſtro in l. nulli Cod. de ſentent. & interloq. Iudic* gratia conſeruandæ iuriſdictionis, vel ad conſeruandum iuris rigorem, ex. *text. in l. Iulia verum debitorem, ff. de condict. indebit. vbi gloſ. 2.*

Et hæc litis pendentia non inducitur per ſimplicem libellum Iudici porrectum, vel citationem parti non intimatam, quia non dicitur lis cœpta per ſolam libelli oblationem abſque partis intimatione, *Bald. in l. 1. ff. de in ius vocando*, Sed per citationem exequutam, quæ ad partis notitiam peruenit litis pendentia inducitur *Lancell. de attentat. par. 2. in præfat. cap. 4. Bellamera deciſ. 380. & 544.* Quia per ſolam citationē inducitur litis pendentia, quando habet illa requiſita per *Guid. Pap.* numerata in *deciſ. 488. Mſinger. in obſeruat. 26. cent. 4. Card. Zabarell. in Clement. cum lite, vt lit. pendent.* vt quia fuit citatio expedita à Iudice competente, & ad citatum il ius notitia peruenerit, vel ſtetit per eum quominus peruenire ad illum, & quod ſit apta citatio, & ex ea plenè cognoſcat citatus de quo litigetur, quia alias ſine iſtis requiſitis non inducitur litis pendentia ex citatione, & ita intelligas *Vitium deciſ. 320. Surdum deciſ. 5. Guid. Pap. deciſ. 488.* quia ex citatione nulla non inducitur litis pendentia ex not. per *Bal. in l. 1. de in ius vocan.* niſi non eſſet penitus nulla, ſed facultatem haberet reus forum declinandi, *l. ſi quis ex aliena ff. de iudicijs, Ancharan. conſ. 13. Menoch. de arbitrar. caſu 202.* quia reus effectus contumax purgata contumacia poterit in ciuilibus hanc exceptionem

Digitized by Google

nem litis pendentiæ opponere ex *Regia pragmat. incip. reo, &c.* in criminalibus autem est *ritus* 205. vbi *Carausit. & Muscatellus* dicit in *praxi Sacri Consilij par.* 2. *Glos. Gradum*, quem in praxi bene versatum vocat *Anna obseru.* 3. vbi dicit competere hanc exceptionem reo, & actori, & quod sit exceptio dilatoria; vnde debet opponi ante litem contestatam. dubitauit tamen ibidem opposita exceptione litis pendentiæ, si eam Iudex non admiserit, sed processit ad vlteriora, & pars grauata non appellauit, an valeat processus; sed dixit quod hæc exceptio litis pendentiæ habet locum etiam in iudicijs exequutiuis, liquidationis instrumentorum, & alijs ex *Maranta disput.* 6. Quia exceptio litis pendentiæ in iudicio ordinario obstat in iudicio exequutiuo, & instrumēti liquidationem impedit, & debitoris carcerationem secundum decis. Sacri Consilij Neapol. nisi agens iudicio ordinario fuisset protestatus, quod non intendebat sibi præiud care agendi via exequutiua; quia tunc non obstaret in iudicio exequutiuo hæc exceptio litis pendentiæ, vt dixit etiam *lib.* 2. *par.* 3. *glos. seruata*, & non posse liquidari instrumentum via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in hoc Regno quando fuit intentatum iudicium ordinarium, fuit iudicatum in Regia Audientia Salerni referente Regio tunc Auditore Marco Antonio Morra, postea Regio Consiliario Neapol. Consilij, vt testatur *Camillus Borrell.* amicus meus *in summa decis. tom.* 2. *titulo* 19. Quem doctum, & laboriosum Iurisconsult. dixit *Regens Constant. Marchio Corleti in Comment. super tribus libris Codicis* nuper impressis in *l. vnica de Palat. & domibus Domin.* & copiosissimum Scriptorem, qui plures edidit libros vocat *Regens Tapia Marchio Belmontis in pragmat. odia in titulo de arbitris.* Et quod non potest Iudex lite pendente facere præambulum, vide per eundem *Minadoum decis.* 8. vbi ego: Non tamen impedit exequutionem litis pendentia coram Iudice Ecclesiastico super relaxatione iuramenti: *Afflict. decis.* 30. & sequitur nouissimè, & probat *Gonsal. de Paz. in sua praxi cap.* 3. 4. *par. tom.* 1. Et quod non potest aliquis iudicium ab intestato proponere, quando pendet lis super iuribus ex testamento propositis in iudicio, *Boer. decis.* 33. cum distinctione, vt per eum, & lite pendente super attentatis, an possit in causa principali procedi; dixit *Cardinal. Paris.* quod sic *in cons.* 12. *vol.* 2. *Afflict. decis.* 131. *Lancell. de attent. part.* 3. *cap.* 31. & in materia huius decisionis de instantia perempta. Adde quod non datur litis pendentia, *Grammat. decis.* 103.

An autem in impetratione rescripti sit facienda mentio litis pendentiæ, & quod sic dicit *Velasq. decis.* 11. alias esset nullum rescriptum, quæ mentio litis pendentiæ facienda est etiam non facta litis contestatione, sed tantum si per solam citationem sit litis inceptæ, *Gratian. decis.* 209. & latè vide *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 202. & declarat *D. Ricc. resolut.* 438. *par.* 3. vbi latè.

Et quæ sit differentia inter pendentiam litis, & causæ continentiam, vide *Afflict. decis.* 354.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia non præsentato instrumento dotali in forma probante, an concedatur.*
2 *Ratio, qua motus fuit Author faciendi additiones ad has decisiones.*
Author fecit additiones ad decisiones Sacri Neapolitani Consilij Antonij Capycii Regij Consiliarij ibidem.
3 *Instrumentum in forma probante, quando dicatur, & quæ requirantur.*
4 *Dotis petitio an fiat sine instrumento dotali in Ciuitate Neapolis cū limitationibus vsq; ad n.* 11.
12 *Circuitus vitandi sunt, & quando.*

DECISIO VI.

1 ASsistentia fuit cōcessa præsentato instrumento dotali, nō in forma probante, iuxta *Constitutionem huius Regni Neapolis instrumentorum robur*; quia sufficit quod instrumentum dotale potuisset reassumi ad euitandum circu.tum, iuxta opinionem *Regij Consiliarij Antonij Capicij*, qui residebat in Sacro Consilio cum eodem *Minadoo*, ex doctrina *Isern.* &
2 aliorum. Quæ verba huius *Minadoi* in hac decisione, vbi fecit mentionem *Antonij Capicij* simul cum eo residentis in Sacro Consilio, & interuenientis in decisionibus collectis per *Minadoum*, ratio fuit, vt Ego Flaminius Monacus Iurisconsultus Patritius Consentinus additiones fecissem ad has decisiones Neapolitanas *Minadoij Regij Consiliarij Sacri Regij Neapolitani Consilij*: quia cum fecissem additiones eiusdem Sacri Neapolitani Consilij per *Antonium Capicium* collectas typis, quam citissimè daturus Deo dāte, volui etiam facere additiones ad istas decisiones collectas per *Minadoum*, cum idem *Antonius Capicius Regius Consiliarius* etiam interuenisset in votando in dictis decisionibus collectis per hunc *Minadoum*.

3 Quomodo autem dicatur instrumentum in forma probante iuxta *Constitutionem Instrumentorum robur*, de qua meminit hic *Minadous* noster? dic quod sunt multæ sollemnitates quæ requiruntur, vt inuocatio nominis Domini nostri Iesu Christi, & eiusdem annorum appositio, nomen Regis in Regno Regnantis, & quod apponatur dies, & mēsis, & indictio, & locus, quod interueniat Iudex ad contractus, Notarius publicus, & testes, qui sint à partibus rogati, & descriptio, & subscriptio Iudicis ad contractum, & testium, & scriptum sit Instrumentum in carta pergamena, & litteris intelligibilibus, & coram testibus legatur Instrumentum, & quod pœna interueniat, & iuramentum, & Notarius inserat signum suum, se subscribēdo, quas sollēnitates vide latè declaratas per nostros *Regnicolas in tract. de præsent.*

Digitized by Google

tat. instrum. Frezz. par. 1. Franc. Ant. de Iudice Roberto considerat. 1. Bernard. Pand. declar. 3. par. 1. & post eos nouissimè *Galter. in sua praxi instrumental. in verbo in publica forma*, & *Molfes. ad Consuet. Neap. par. 10. quæst. 8.* vbi quod nisi probetur matrimonium fuisse secutum non est liquidum instrumentum, nec authenticum, nec habet executionē paratam *Vitus decis. 39. & Præses de Franch. decis. 336.*

4 Et quod consuetudo vult quod sine instrumento dotali dos peti non possit, vt dicit ante *num. 1. Minadous*. Adde quod hæc consuetudo est inter alias consuetudines, & incipit *dos, & quarta*, & habet locum quocumque modo dos petatur, tàm soluto matrimonio quàm cōstante in casibus illis, quibus licet matrimonio constante dotem restitui *Grammat. decis. 92.*

5 Et locum habet in antefato, vt habetur in eadem *Consuetud.* quod ampliauit ibi *Neapod.*

6 in omni lucro mulieris, & etiam in assecuratione dotis, vt fuit decisum in Sacro Neapolitano Consilio in causa Beatricis Gattulæ, & Thomæ, & Ioannis Mariæ de Iuncta referente Hieronymo Seuerino Præside Sacri Consilij, & postmodum relatore hoc eodem nostro Consiliario *Minadoo*, in anno 1547. fuit impositum perpetuum silentium dictæ Beatrici Gattulæ: & etiam procederet si Instrumentum dotale non esset in publicam formam redactum, sed per concomitantiam aliarum scripturarum deberet reassumi, quia publicum Instrumentum non facit istam concomitantiam sicut *consuetudo* illa requirit, sed quia in contrarium fuit decisum in hac decisione: sufficit enim quod instrumētum dotale potuisset reassumi ad euitandum circuitum, & licet dura visa fuerit decisio illa *Minadoo* (vt ipse dicit) tamen ab ea non esset recedendum: & hanc decis. sequitur *Molfes. par. 7. q. 15.* ex *Roulto, Muscatello, & Thoro*.

7 Sed limita quando esset deperditum Instrumentum dotale; poterit enim tunc probari solutio dotis per fide dignos testes deponentes se vidisse, & legisse prædictum Instrumentū, vt per *Addentes in dicta Consuetudine, Afflic. decis. 361. & decis. 274. Mascard. de probat. conclus. 845.*

8 Limitatur etiam *consuetudo* prædicta Neapol. respectu interesse dotium, pro quo agere potest etiam sine dotali instrumento, post *Addentes in dicta Consuetudine, & Neapod. in consuet. incip. instrumenta confecta in verbo post exemplatum, Camer. in cap. Imperialem fol. 55. littera R.*

9 Limitatur etiam & tertiò. Quando dos esset promissa in Capitulis matrimonialibus, & solutio probaretur per apocam Banci, vt fuit sepè decisum per Sacrum Consilium *Alex. in d. Consuet. dos. & quarta*, vbi *Bucinus*, de quo latius per *Afflict. decis. 332. vbi Vrsill.*

10 Et an hypotheca mulieris currat à die initi instrumenti, vel à die promissionis dotis. vide *Grammat. decis. 97. & 103. Afflict. decis. 61. & 242. & 274. & 333. & Præsidem de Franchis decis. 678.*

11 Limitatur etiā & quartò in retētione dotis, & antefati, quæ retineri possunt sine instrumento; prohibitus enim petere non est retinere prohibitus *Cagnol. in l. quod à quoq; ff. de regul. iuris, Camill. Saler. in dicta Consuetudine dos, & quarta in addit. licet dos*, & idem dicendum in compensatione, quæ datur sine dotali instrumento, *Neapod. in d. Consuet.* quæ tamen procedunt in materia dictæ *Consuetudinis Neapolitanæ*, non autem quando matrimonium contractum more magnatum fuisset, quo casu ius commune attenditur, vnde per testes sufficit probatio *Coppula in d. Consuet. In apostilla incip. intellige nisi, &c.*

Et hanc decisionem loqui in casu suo, & nō deficiente præcario, & constituto in instrumento dotali ponderat *Muscatell. in sua Praxi 2. instantiæ in Glosa sententia*, vbi hanc *decis. 6.* allegare volens allegauit ex errore *decis. 9.* & ibi vide si potest assistentia præstari sine præcario, & si de stilo Notarij censeatur oppositum præcarium, & constitutum, quia de vtroque loquitur hic *Minadous in princip. decis.* Ego memini de hac decisione in additionibus ad *decis. 14. Capicij* in materia constituti.

12 In fine huius decis. vbi dicit *Minadous* ad euitandum circuitum. Adde tu, quod circuitus sunt euitandi ex regula *text. in l. cum fundum §. seruum suum imprudens ff. si cert. pet.* quando cum aliquo effectu non sunt. Est *decisio Rotæ Florentiæ 9. Galles. ad form. Came. obligationis part. 3. in quæst. incip. quæri etiam potest*, & ante eum docuit *Cardin. in Clement. Auditor de rescript. quæst. 14.* Vnde ad circuitum euitandum multa fuerunt inducta spetialia, vt per *Afflict. decis. 61. & Grammat. decis. 103.*

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Audientia testium an committatur in criminalibus.*
2 *Et quid in causis feudalibus.*
3 *Nominatio testium, & de Praxi.*
4 *Audientia testium quibus committatur.*
5 *Testibus suspectis, quid faciet Iudex.*

DECISIO VII.

1 QVod etiam in causis criminalibus, & meri imperij fiat examinis testium commissio, vt dicit *Minadous* noster in hac *decis. num. 1.* ex iure communi, & *constit. huius Regni*. Adde tu etiam *Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 156.* Vbi cauetur testium senum, & valitudinariorum committi audientiam, & etiam omnium aliorum testium, qui sunt impediti venire ad Iudicem, vt sunt mulieres, & homines debilitate confecti, & pauperes tali paupertate depressi, qui non possunt in præsentia Iudicis comparere, *cap. si qui testium iuncta glosa de testibus, & l. 1. Cod. de offic. diuersor. Iudic.* & ita seruari vidit quotidie *Carauit. in*

dicto

Digitized by Google

dicto ritu; licet satis strictè, & cum magno labore procedatur in istis testibus impeditis, vt impetretur Commissarius pro ipsis recipiendis, & idem de personis egregijs ex priuilegio *l. ad personas egregias ff. de iure iur.* de quo vide per *Carauitam d. ritu 156.* vbi de praxi. Et hæc est vna limitatio ad regulam, quod in criminalibus causis audientia testium non committatur regulariter *auth. apud eloquentissimum Cod. de fide instrumen. Milleus in prac. fol. 101. in ver. reuocatis, Angel. in tract. malefic. in verbis, qui Iudex statuit terminum*, & alias limitationes ad regulam, vide per *Carauit. in d. ritu 156.*

2 *Ad num. 2.* quod etiam in causis feudalibus committatur audientia. Adde Muscatell. in Praxi Sacri Consilij in verbo successorum.

3 *Ad num. eundem* de commissione audientiæ testium in existentibus extra Regnum, quã nos vocamus nominationem extra Regnum, & eam vocauerunt vltra marinam antiqui, vt in *pragm. si quis poterit, & in pragmat. aliam similem in titulo de dilat. & est ritus 140. Magnæ Curiæ Vicariæ, & Carauit. in rit. 157.* & quomodo fiat hæc nominatio. Vide *Muscatell. in dicta glosa suspectorum*, qui posuit duos modos, & ibi etiam de illa nominatione, quæ fit infra Regnum, & de praxi & Sacri Consilij, & Regiæ Cameræ Summariæ, & quid in Regijs Audientijs Regni, vbi latè.

4 *Ad num. eundem*, quibus debet committi audiẽtia testium Officialibus locorum, vel Tabellionibus, de quibus dicit *Minadous*. Adde quæ dicit idem *Muscatell. loco citato*.

5 *Ad num. 3.* quod quando habet testes suspectos Iudex, potest dicere quod veniant coram ipso, vt dicit *Minadous*. Adde tu etiam eundem *Muscatell. loco citato*, & ea quæ dixi ego in *decis. Capicij 90.* in additionibus ad decisiones *Capicij*, & *Carauit. in ritu 157.*

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Præambulum an fieri possit lite pendente, & num. 9. & 10.*
Præambuli materia, & praxis num. 8.
2 *Hæres ex testamento nullo an possit declarari hæres, vel institutus in codicillis num. 6.*
3 *Testamentum nullum an dicatur quando sunt hæredes ab intestato remissiuè?*
4 *Iudex an grauet, quando mittit in possessionem aliquem ex testamento nullo?*
5 *Clausula codicillaris an saluet testamentum nullum?*
7 *Legitimus contradictor quis sit in decreto præambuli?*
8 *Præambuli decretum, quomodo, & quando interponatur?*

DECISIO VIII.

1 PRæambulum fieri non potest litè pendente, vt dicit *Minadous* in hac *decis. 8.* Vnde nota limitationem vnam ad materiã præambuli, de quo loquitur *ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* in hoc Regno 181. Vbi habetur modus, & praxis quomodo procedatur in eo, vbi latissimè
2 *Carauit.* ad materiam, limita etiam in hærede ex testamẽto nullo, qui non potest declarari hæres per viam præambuli etiam nemine opponente *l. 2. Cod. quando prouoc. non est necesse, & l. non dubium Cod. de legibus*, & facit *tex. in l. final. Cod. de edicto Diui Adriani, & Glos. in l. 2. Cod. eodem*; quando enim in promptu de nullitate ostenditur, ex prætensione impeditur missio, secundum communem opinionem relatam in *d. l. fin.* vbi *Bart. & Dec.*
3 et an tali casu dicatur testamentum nullum, quando sunt venientes ab intestato, dixi ego in *decis. Capicij 176.* in additionibus meis ad de-
4 cisiones *Capicij*, et in tantum hæc vera sunt, vt Iudex mittens in possessionem virtute nulli testamenti, nedum grauauit, sed tenetur in sindicatu, *Igneus in auth. ex causa Cod. de lib. præter.* Quia nec clausula etiam codicillaris saluat *Cumanus cons. 103. Francus in cap. si pater de testam.* sequitur, et probat *Anna al-*
6 *legat. 19.* Limitatur etiam quod dictum fuit de præambulo, et non procedat, quando aliquis est institutus hæres in codicillis, quia non potest mediante præambulo se facere declarari hæredem, nam hæreditas adimi, nec dari potest in codicillis *§. fin. instit. de codicillis, & l. hæreditate Cod. eodem*, et si censeatur grauatus hæres ex testamẽto restituere hæreditatem, per *tex. in l. sceuola ff. ad trebell.* dicitur hic fidecommissarius, et non hæres saltem ante verbalem restitutionem, *Peregr. de fideic. art. 48. Gozad. cons. 93. Gabriel. cons. 46. vol. 1. Ioseph. Ludou. dec. Luc. 40. & ritus alleg. 181.* de hærede, et hæredis appellatione propriè non venit fideicommissarius *Dec. in l. final. Cod. de edict. Diui Adriani toll. Alex. cons. 82. vol. 2. Carau. in dicto ritu 176.* et ita fuit decisum in Sacro Neapolitano Consilio, *Præses de Franchis dec. 104.*
7 Et quod dicatur legitimus contradictor qui docet incontinenti de iure suo, & de defectu iuris hæredis scripti *Crauet. cons. 258.* & latè *Peregrin. de fideicom. art. 45. & in cons. 24. volum. 1.* post *Bart. Bald. Menoch.* & quis dicatur contradictor in materia præambuli vide *Viuium in decis. 409. Regens de Ponte consil. 20. Menoch. de remedio adipiscendæ possessionis remed. 4. Gabriel. consil. 46. Dec. cons. 107. Mi-*
8 *lan. decis. 8.* Et per *ritum* allegatum 181. & per alium *ritum 174. & 286.* Introductum est in hoc Regno Neapolitano, quod patre mortuo existente filio hærede ab intestato, vel hærede extraneo ex testamento, & de morte constito decretum interponitur (quod vulgo præambulũ appellatur) quo mediante filius, vel extraneus declaratur hæres: facta declaratione proceditur ad eorum instantiam contra hæreditarios debitores, etiam via exequutiua, & per *aliũ ritum* loquentem de liquidatione instrumentorum, & datur etiam potestas hæredi declarato, omnia faciendi, quæ defunctus poterat *Frezz. de liquidat. Instrumentorum in part. 8. quæst. 1.*

Digitized by Google

quæst. 1. quod decretum interponitur absque partis citatione *Afflict. in constit. Regni incip. eos, qui scienter Carauit. in ritu* 181. & 178. de
9 quo vide latè *Annam alleg.* 19. & lite pendente non solum impeditur præambulum, vt per *Minadoum* hic, sed etiam exequutio impeditur *Gratian. decis.* 110. & est *decisio.* 10. *Rot. Rom vt lite pendente in nouis*, nisi litis pendentia per dolum, & fraudem fuisset per partem aduersam introducta *Boer. decis.* 161.

10 Et quando dicatur lis pendens dixi superius in *decis.* 5. vbi quomodo pendentia litis impediat litis ingressum.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Processus an impediatur quando agitur contra debitorem creditoris sui creditoris negantem soluere, nisi citatis omnibus creditoribus sui creditoris.*

2 *Hæres an soluere possit primo creditori venienti si sciuerit alios esse creditores anteriores.*

3 *Iussus Iudicis an excuset à dolo soluentem.*

DECISIO IX.

1 QVod processus non impediatur quando debitor conuentus à creditore creditoris super adiudicatione sui nominis, dicit nolle soluere: nisi omnibus creditoribus sui creditoris citatis, quos ipse sciebat esse, vt fuit decisum in Sacro Consilio, vt dicit hic *Minadous*. Adde quod hanc decisionem sequitur *Fabius de Anna in addit. ad allegat. patris* 101. *& Milauens. decis.* 8.

2 *Ad num.* 1. quod si hæres sciuerit alios esse creditores non potest soluere primis venientibus, alias tamquam dolo possidere desiens tenetur per *glos. in l. final. §. & si præfatam, C. de iur. deliber.* & alios. Adde quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest soluere primo creditori venienti circumscripto dolo, de quo loquitur *Minadous* ad quod est *tex. in l. dolo ff. si plusquam per l. falcid.* Quia inuentarium conseruat hæredem sine damno, & inuentarium facit censeri hæredem non adiuisse, seu in pristino statu reponi hæredem: impedit enim litis ingressum exceptio illa solui quod erat in bonis, & hoc verum indubitanter tenet *Monticul.* vbi hæres soluit coactus à Iudice, vel vbi extabat in augmentum apertum, cæterum si poterat tergiuersari, quominus solueret hæres huic tantū abest, vt ab alijs liberetur, vt immo solutum repetatur, *l. 3. ff. quæ in fraud. creditor.*

3 *Ad num.* 2. quod aliud est in hærede aliud in nomine debitoris, cuius petita est adiudicatio, quia quoad ipsum non militat ratio malæ fidei, ex quo coactus per adiudicationem soluit *l. Nomen in fine Cod. quæ res pignor. obligar. poss.* cum alijs per ipsum allegat. adde quod quælibet causa excusat à dolo, *l. igitur §. potest ff. de liber. caus.* vnde cum fuerit solutum his creditoribus, qui sententias pro eis habuerunt, dicitur causa iusta, & non solum colorata; inductus enim fuit ad soluendum authore prætore *l. qui iussu, ff. de regul. iuris*, vbi *Dec. & l. penult. §. qui iussu ff. de his qui not. infam.* Iudicis enim iussus dolum cessare facit, *l. si is quod potest ff. de iurisd. omn. Iudic.* vnde taliter soluens excusatur à dolo, quia Iudicis iussus excusat, *l. ait prætor §. 1. ff. de minor.* cum *glos.* quia necesse habet parere, *l. non videtur data §. qui iussu ff. de regul. iur.* Iussus enim Iudicis facit licitum, quod alias non licuit *glos. in l. furti §. qui iussu ff. de his qui not. infam.* excusat enim Superioris authoritas *l. quoniam Iudices Cod. de appellat.* hæres enim vni soluens Iudicis sententia condemnatus ipso iure liberatur, *l. qui autem §. apud Labeonem, ff. quæ in fraud. creditor.* Immo in eodem *text.* quem allegat *Minadous* hic de *l. final. Cod. de iure deliber. §. & si præfatam* nihil imputandum est hæredi, qui creditoribus soluit, etiam si sciuisset hæres alios esse creditores, vt dicit *Bald. dicto §. & si præfatam*, immo dicit vnum, quod est plus, vt possit vni gratificari, vnde inquietari non potest hæres si primo venienti solutum est, etiam si alij creditores iura potiora haberent, vt ibi per *Iasonem, & Corneum*, quos sequitur *Anna allegat.* 101. dicit *Monticul. in d. §. & si præfatam*, quod hæres non potest gratificari vni irrequisitus, & hæres ab vno creditore requisitus, quod non debet hæres citare, neque perquirere creditores absentes, aut negligentes, vt dicunt *Bald. & Corneus in d. §. & si præfatam* ipsi enim creditores debent esse diligentes, & non hæres, qui non debet se supponere litigijs, & crabrones irritare, & hæres est in dolo, nec liberatur si sciat aliquos creditores potiores esse, nisi exigat cautionem *l. dolo ff. ad l. falcidiam, Bald. in dicto §. & si præfatam*, vt declarat *Corneus* videtur indistinctè dicere hæredem esse liberatum, & hoc verius est inquit *Corneus* de rigore iuris, quamuis melius faceret hæres exigens cautionem dicit *Monticul.* & ad hæredem non præstare retentionem portionum nomine aliorum, & huic adhæret sententiæ *Monticul.* qui quærit, an possit dicere hæres nolo tibi soluere, nisi alij veniant: & quod non, quia nihil interest hæredis opponere de iure tertij, & non est remouendus creditor iste alijs negligentibus; potest enim quilibet vtilitati suæ inuigilare, & alios præoccupare *l. pupillus, ff. quæ in fraud. creditor.* & etiam an solutum vni communicetur cum, alijs, & non esse faciendum communionem cum hic inuigilauerit pro commodo, nisi iste extorsisset vel omnes alij simul petijssent, vel alij prius missi fuissent in bonorum possessione; sed quod hæres potest soluere creditoribus debitum, & legatarijs legatum, prout ad petendum prior venerit, nec possunt alij creditores,

Digitized by Google

tores, & legatarij obijcere quare non reseruauerit bona ad satisfaciendum eis, vel saltim cur non petierit satisdationem ab illis, quibus soluit debita, vel relicta not. *Doctor. in dicto §. & si præfatam*, nisi hæres haberet notitiam de creditoribus anterioribus, quia posterioribus primo venientibus, & petentibus non potest soluere, nisi recepta satisdatione ab eis de restituendo, quod acceperint creditoribus prioribus, vt dicunt communiter *Bart. Paul. Angel. & alij in dicto §. & si præfatam Michael. Grass. in recept. sententiar. lib. 2. art. inuentarium par. 4. Gregorius Lopes in l. 7. titulo 6. glos. 9. par 6. Carroc. decis. 109. Roland, de inuentario*, & licet aliter dixerint *Monticul. Flores Diez. de Mena lib. variar. quæst. 2.* nam hæc est mera veritas *Cancer. in c. 11. de inuentar. par. 3. variar. resolut.* secundum quam sententiam censuit Cancellarius facto verbo in Regia Audientia Cathaloniæ in causa Don Bernardini Codina, quæ sententia fuit etiam confirmata in alia aula anno 1603. referente Hieronymo Aster, vt dicit ibi *Cancer.* non tamen hæres cum beneficio soluens creditoribus de propria pecunia posset opponere creditoribus anterioribus dictam solutionem, licet à creditoribus, quibus soluit vnicam cessionem obtineret, vt post *Paulum de Castro* dicit *Præses de Franchis decis. 272.*

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia an sit onus feudi.*
2 *Decimæ solutio, an spectet ad nouum possessorem.*
3 *Vita, & militia, an taxetur respectu fructuum feudi.*
4 *Vita, & militia an debeatur in fructibus, vel in pecunia.*
Philippus Paschalis laudatur.
5 *Releuium quid sit, & an soluatur in fructibus, vel in pecunia.*
6 *Vita, & militia an debeatur fructibus non perceptis.*

DECISIO X.

1 VIta, & militia quod sit onus feudi, vt dicit *Minadous* hic *num.* 2. Adde quod *Afflict. in decis.* 43. & 138. tenuit quod vita, & militia est portio feudi, & allegat *Andream in constitut. in aliquibus, & capit. Regni, incip. alienationis actum Neapod. in consuet. Neapol. incip. si qua mulier.* Sed ab *Afflicto* discedit *Camer. in l. Imperialem cart. 13. lit. D.* dicens hoc non dicere *Doctores*, quos allegat *Afflict.* Nec dicere posse, & quod vita, & militia sit ius reale feudo annexum, dicit *Paris de Puteo in tract. de reintegr. feudorum in rubrica 176.* & quod vita, & militia sit onus feudi, nemo contradicit, *Andreas in constitut. Regni incip. Comitibus, & in cap. 1. §. quid ergo in titulo de inuestit. de re alien. fact. Capyc. in cap. imperialem*, vnde in hoc Regno ponunt omnes exemplum in onere feudi in vita militia, & paragio, vt per citatos *Doctores*, apud quos vide alia onera feudi, *Camer. in loco citato*, & illud vere dicitur onus feudi, quod feudum ipsum tangit, & illud quod lex feudo imponit *Marin. Frezz. de subfeud. in 13. differ. feudi ex pacto, & hæredit.* & vere est illud onus feudi, quod necessarium ex ipso feudo initium habet, non autem quando aliunde processit extra feudum, licet feudi acquirendi occasione ex dictis per *Andream in cap. 1. An agnatus*; quod nota Feudista, quia tibi seruiet ad multa; & ideo bene dixtinxit *Camerar. in dicto cap. Imperialem cart. 12. lit. V.* quod quædã sunt onera feudi, & quædam ipsius feudatarij, vt ibi per eum.

2 *Ad numerum eumdem*, quod vita militia est onus feudi, & sequitur possessorem per *cap. Regni Alienationis actus*, vnde tertius possessor, qui numquam percepit aliquos fructus, potest conueniri pro tempore præterito pro vita, & militia, vt fuit pluries decisum, vt dicit *Minadous*. Adde ad hoc etiam *Regentem de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de assens. Regis §. 4.* & actionem hypothecariam super feudo competere pro vita, & militia dicit *Consiliarius Rouitus in prag. 24. de feud.* vbi pariter videas *Nouarium*.

Ad n. 4. pro decima pterita nouus possessor conueniatur. Adde quæ dixi in *decis. Capyc. 20.*

3 *Ad num. eundem* quod vitę, & militiæ taxatio fiat respectu fructuum. Adde quod idem dicunt *Præses de Franch decis. 61. Caualc. decis. Fiuz. 8. par. 3. Regens de Ponte conf. 79. vol. 1.* Post *Andr. in constit. Regni incip. Comitibus*, & dixi ego in *decis. Capicy vltima* in additionibus meis ad decis. *Capicy*, vbi latè scripsi de materia liquidationis vitę, & militiæ, & ratio est ne feuda diuidantur, & ad nihilum reducantur, ad *text. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, & Afflict. in constit. Comitibus*.

4 *Ad num. 5.* quod pro vita, & militia fructus non sunt in obligatione præstandi, sed pecunia dicta *constit. Comitibus*. Adde quod *Molfes.* affert hunc *Minadoum* esse illius opinionis, vt vita, & militia debeatur ex corpore feudi, non autem ex fructibus illius, ex quo dixit etiam hic *Minadous*, quod licet fructus considerentur in taxatione tantum ipsius vitæ, & militiæ, illã tamen primogenitus præstare debet in pecunia, & huius opinionis dicit etiam esse *Annam conf. 6. & 4.* Quia dicit *Molfes.* veram esse conclus. vitam, & militiam esse præstandam ex fructibus feudi, *Glos. in constit. Comitib. vbi Andr. & Afflict. in decis. 252. Præses de Franch. decis. 61. Reg. de Ponte conf. 79. vol. 2. & in tract. de potest. Proreg. §. 4. in tit. de Assens. Regis, & Franc. de Amicis in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. fol. 28.* dicit in liquidatione vitæ, & militiæ, primogenitus ante partem præcapi, & fructuum medietatem, ratione seruitij personalis,

quod

Digitized by Google

quod præstare debet,& alia fructuum medietas inter omnes fratres diuiditur, primogeniti persona computata, *Afflic. in c. imperialem § præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Frideric.*& propterea,non esse attendẽdum quod dicit *Anna* quia loquitur contra veram, & receptam sententiam tenentium, vitam militiam præstandam esse ex fructibus feudi, non autem de corpore ipsius feudi,& non sequi vita militia est onus feudi,quod debeatur ex corpore feudi,sed est onus feudi,quia de fructibus eius debet solui,vt probat ex *Gregor. in q. 3. in trac. de vita militia*; Ego autem perpendens dicta per *Molfes.* dico *Consiliarium de Anna in locis allegat.* dixisse etiam ex fructibus deberi vitam, & militiam *in cons. 4. allegat. nu. 53. & 55. & in cons. 6. nu. 15.* dicit *Anna* quod si filio secundo genito debetur vita militia super feudo, subtrahitur ex ipso habito respectu ad fructus, quantum capit vita militia, & sic etiam de valore feudi, tanquam æs alienum, si ergo dicit *Anna* hoc onus vitæ, & militiæ ex feudi valore,& extimatione subtrahitur, oportet fateri vitam,& militiam loco legitimæ esse habendam,ex quibus verbis *Annæ* etiam in *d. cons. 6.* nec etiam percipitur excludi ex fructibus præstandam vitam,& militiam,vt ingeniosus lector percipere potest. Attamen quicquid teneat *Anna* etiam secundum quod adducit *Molfes.* ego dico non probari opinionem *Molfes.* ex fructibus deberi solui vitam, & militiam, nec etiã *Doctores* quos allegat hoc dicunt, quia dicunt omnes, quod ex fructibus feudi liquidatur vita,& militia,quod autem ex fructibus soluatur. Nihil de solutione, & proinde dico verum esse,quod vita militia liquidatur ex fructibus,& ex fructibus debetur, sed soluitur in pecunia, quod probatur ex dictis diffusim in hac *decis.* per *Minadoum* qui dixit *num. 4.* quod taxatio vitæ,& militiæ fit respectu fructuum, & *nu. 5.* quod fructus nõ sũt in obligatione præstandi,sed in pecunia,quod ego etiam comprobo;quia releuium quod soluitur pro confirmatione,vel renouatione inuestituræ, & possessionis confirmatione *Loffred. inc. 1. §. sed & res*
5 *in titulo per quos fiat inuestitura* est hoc releuium medietas fructuum illius anni,in quo feudatarius moritur, vel vnius anni *Andre. in Constit. huius Regni incip. post mortem*, quia quando dicunt hoc *Doctores*, quantitatem pro releuio soluendo declarant, non autem quod fit soluendum releuium de fructibus, quod si hoc esset, sequeretur non deberi releuium si nulli fructus nascerentur in anno, quo moritur feudatarius,& tamen contrarium dicunt *Frezza in auth. 13. in lib. subfeudor. & Loffred. in d. §. sed & res*, quia debetur releuium per hæredẽ nullis,aut paucis natis fructibus in anno mortis Baronis,vt fuit decisum in Regia Camera Summariæ contra Comitem Palenæ,& in causa Marchionis Padulæ est *Apostilla Mariconda in c. 1. §. similiter de Capit. Corrad.* alias sequeretur,quod Rex cogeretur in fructibus releuium recipere,& tamen indistinctè seruatur contrarium, quia fructuum liquidatione facta, vel exequutione in eis, releuij solutio fit in pecunia, & non in fructibus, *Marin. Frezza loco citato*, & ità videmus in Praxi, idem ego dico, quod est dicendum in solutione vitæ, & militiæ, vt licet dicant *Doctores* nostri,taxationem faciendam vitæ, & militiæ secundum fructus feudi, & ex fructibus deberi vitam, & militiam,hoc faciunt ad declarandum quantitatem vitæ,& militiæ soluendam,non autem quod fit soluenda vita,& militia de fructibus feudi;quia alias sequeretur, vt nullis fructibus perceptis, non solui vitam,& militiam, & tamen contrariũ fuit decisũ in hac *decis.* vt dicã inferius,& ità seruatur in Praxi, vt soluatur vita, & militia in pecunia,& non in fructibus feudi, vt in vino,tritico,oleo,& alijs fructibus, nec in similibus fuit aliquis vmquam coactus recipere vitam,& militiam,& similitudinem inter vitam, & militiam, & releuium posuit *Præses de Franchis in decis. 221.* in materia huius *decis. Minadoi*, an debeatur vita,& militia nullis perceptis fructibus,vt dicam infra.

Vnde *Consiliarius Rouius* quando voluit describere vitam,& militiam in *pragm. 24. de* feudis,sic eam descripsit,videlicet vita, & militia est annua prestatio in pecunia, quam primogenitus tenetur dare secundogenito durante vita tantum secundogeniti,non tamen ad illius hæredes transitoria liquidanda ex fructibus feudi habita ratione ad numerum filiorum ex *Afflict. & Franc. de Amicis*, immo idem *Consiliarius de Anna* non in *consilijs allegatis* per *Molfesium*, sed in *cons. 75. num. 15.* dicit quod vita,& militia etiam quod de fructibus debeatur,nihilominus in pecunia soluẽda est per fratrem primogenitum,& probo etiam ex paragio, quod vt dixi hic in initio est etiam onus feudi,vt vita,& militia, quod paragium soluitur ex feudo, non vt assignetur corpus feudi pro paragio,sed præstetur in pecunia *Andre. in constit. in aliquibus, Pet. de Gregor. in tract. de dote, & paragio quæst. 3. & 38. Neapod. in consuet. si qua*, & nouissimè *Anel. de Amato Præsid. Regiæ Cam. cons. 42.*

Et inter fructus feudi computantur fructus ciuilis Iurisdictionis, non autem criminalis iurisdictio,quæ non venit cum feudo, sed ex Regis priuilegio,vt in *constit. incip. ea quæ ad decus*,sed Iurisdictio Ciuilis venit cum feudo *Andræ. inc. 1. quid sit inuestitura, & Afflic. in l. imperialem § præterea ducatus*.

6 *Ad. nu. 6.* quod fuit decisum vitam, & militiam deberi etiam fructibus non perceptis ex feudo, Adde quod hanc decisionem sequuntur *Præses de Franch. decis. 121. Caualcan decis. Fiuizan. 12. p. 3. Petr. de Gregor. de conces. feud. par. 8. in tit. de iure releuij Consiliar. de Anna cons. 6, & Consiliarius Rouit. in pragm. 24. de feudis*, pro qua decisione faciunt, quæ dicta sũt de fructibus releuij;cetera ad materiam vitæ, & militiæ vide quæ dixi ego late in additionibus ad *decis. Capicij 2. & vltimam*.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Compromissum inter affines an impediatur per copiam capitulorum.*
2 Pragmat. 1. de arbitris *an locum habeat vltrà primum affinitatis genus, & compromissum an habeat locum inter coniuges. n. eodem.*
3 *Compromissum an habeat locum affinitate dissoluta.*
Et an inter quondam priuignum, & nouercam, & inter quondam generum, & socerum, & inter quondam nurum, & socerum.
Et quid permanente vidua in viduitate ibidem.
4 *Vidua an dicatur permanente in matrimonio, & an gaudeat priuilegijs, & immunitatibus mariti.*
Philippus Pascalis laudatur ibidem.
5 *Compromissum an peti possit in causis instrumentarijs cum limitationibus.*
6 *Clara decisio ex instrumentis quando dicatur, & quid de clara decisione iuris.*

DECISIO XI.

1 DEcisum fuit in hac decisione ad finem impediendi compromissum inter affines sufficere copiam Capitulorum reassumptam per Notarium habentem potestatem reassumendi. 2 Adde quod *Pragm. 1. de Arbitr.* non habet locũ vltra primum affinitatis genus, Quod intellexit *Blanc. de compromiss.* quando contrahitur affinitas ex simplici copula, in qua vna tãtũ persona concurrit, vt puta vxor fratris tui illa dicitur tecũ esse in primo affinitatis genere, & si postea frater tu⁹ moriatur, & illa nubat iterũ; quia maritus eius erit tibi in secundo affinitatis genere, nõ est locus cõpromissi, de quo in *rag. huius Regni incip. odia litiũ*; secus vero esset dicendũ quando affinitas contrahitur ex duplici copula, vt puta si tu, & frater tu⁹ vxores duxeritis, quia vxor tua, & fratris tui sunt ad inuicẽ in secundo genere affinitatis *glos. in c. non debet de consanguini. & Affinit.* vbi *Abb.* tũc litigantibus duabus vxoribus, vel duobus maritis duarũ sororũ, qui sunt etiã in secũdo affinitatis genere, debent ad inuicem cõpromittere secundũ formã *dictæ* Regiæ *Pragm.* eadem ratione, qua mouetur statutũ ad compromittendum inter coniunctos, & affines, vt in *Pragm. huius* Regni dicitur ratio in initio, ibi *odia, quæ inter coniunctos ex litibus oriuntur cessare volentes*, & locum habet etiã compromissum inter ipsos coniuges, & si inter se nõ sint affines, *Couarru de sponsal. par. 2 capit 6.* sed principiũ affinitatis vnde debent compromittere, *Bal. in l. Affinitatis, Cod. comm. de succ. Alex. l. 1. Cod. Vnde vir, & vxor*, vbi *Doctores* multi, vt in hoc nemo dissentire videtur, vt per *Borrell. in loc. inferius citando §. 1. glos. 3. Cardin. Albanus ad Bart. in 1. constit. de nouo Cod. fac.* absurdũ enim esset statutum decõpromissis faciendis habere locum in consanguineis mariti, & vxoris, & nõ in marito, & vxore. *Blanc. de compromiss. loc. cit. q. 3. §. vir, & vxor*, & quod dicitur in marito, & vxore, dicendũ est etiam in sponso, & sponsa, vt locũ habeat in illis *dictis Prag. de compromiss.* Quia sponsa est affinis *Angel. Aret. in §. Affinitas instit. de nuptijs*, contrahitur etiã affinitas, ideſt principium affinitatis per sponsalia *Bald. in l. quod seruius ff de condict. ob causam* vbi *Iaſ.* dicentes hoc facere ad statutum de causis cõpromittendis inter affines, nam in materia fauorabili, vt est *Prag. de compromiss.* appellatione vxoris, & mariti veniunt sponsus, & sponsa *l. non sine Cod. de bon. quæ liber. Felin. post Abb. in c. tertio loco de præsumptio.* & rationibus in contrarium, quæ adduci possunt, respondet *Blanc. loc. citato quæst. 3. §. Affinis* quæ procedunt in spõsis de futuro, quia in sponsis de presenti non esset dubiũ: contractis. n. sponsalibus per verba de præsenti, est contractũ verè matrimoniũ *l. nuptias ff de regul. iuris*, quia non dicitur sponsa sed vxor, etiam ante copulã. *l. cui fuerit* cum ibi not. *ff. de condictio. & demonstrat.* vbi si legatum fuerit Petro aliquid si cum Caterina contraxerit matrimoniũ statim legatũ debetur, quod contraxit per verba de præsenti, licet copula carnalis inter coniuges sequuta non fuerit, *Cardinal. Albanus loco citato*.

3 Dissoluta tamen affinitate cessare dispositionem *dictæ pragm.* dicit *Borrell. de comprom. §. 1. Glos. 4* ratio enim vt inter affines fiat compromissum non militat affinitate finita, nam statutum disponens, quod inter affines causæ compromittantur, durante affinitate intelligitur. *Bart. in l. cum eorum §. affinitates ff. de postul* vbi *Angel & Bal.* Morte enim vnius ex coniugibus finitur affinitas, & dissoluta est, præterquam quod ad impedimentũ matrimonij contrahendi inter affines *3. q. 7. §. affinitates d. l. cum eorum §. affinitates, & instit. de nupt. §. affinitatis vsq; ad §. si verò vxor*, quia statutum de compromittendo inter affines, non habet locum affinitate soluta tempore quo petitur compromissum, *Alex. cons. 207. vol. 6* & Ideo Nouerca, & quondam Priuignus non comprehenduntur in *allegat. pragm.* vt inter eos fiat compromissum *Alex. loc. cit.* post *Bal. in l. affinitatis* C. *commun. de succes.* nec etiam est compromittendum inter quondam Generum, & Socerum *Troysius in d. Pragmat. Ancbar. cap. Canonum statuta in 14. quæst. D. Riccius in resolut. 2. in praxi in parte 3. post Alex. in l. non tantum ff solut. matrimo. Bald. in l. final. Cod. de Verbor. significat.* nec etiam tenetur compromittere Socer, & quondam Nurus, *Paul de Castro & Iason in d. l. final. Cod. de verbor. significat. Veuius decis. 181.* & dixi superius quondam Socer, quia vxore mortua, non dicitur Socer. sed quõdam Socer, iuxta *tex. in l. 3 §. final. Cod. de donat. inter virum, & vxor.*

Et quod dictum est dissoluta affinitate cessare compromissum, ampliauit *Alex. dicto cons. 207. lib. 6.* etiam permanente vidua in viduitate, & sequitur *Consiliarius Rouitus in* 4 *pragm. 1. de Arbitr.* Quia & si vidua videatur esse in matrimonio, quando est in uiduitate *l. final. Cod. de bon. Matern. §. soluit. in Auth. de nuptijs*, & gaudeat eisdem priuilegijs, quibus gaudebat Marito viuo, *l. quoties C. de*

Digitized by Google

priuileg. scholarium, vnde gaudet priuilegio fori, quo gaudebat Maritus *l. penult. Cod. de fabricens. lib. 10. & l. cũ quædam puella ff de iurisdictio. omnium iudicum. Surdus decis. 330 2. parte, Milanens. decis. 9. & Præses de Franchis decis. 363. latius Nouarius de elect. fori quæst. 47. sect. 1.* & semper quod priuilegium est concessu ratione dignitatis, transit etiam ad mariti viduam, licet quando esset temporale priuilegiũ ratione certi exercitij non transiret ad viduam, *Milan. loco citato, Alberic. in tract. de statut. par. 1. quæst. 114. Nicol. de Neap. in d. l. Medicos Cod. de professor. & medic. lib. 10.* semper enim, quod priuilegium competit ratione dignitatis vel nobilitatis Mariti, eo mortuo transit ad vxorem, licet secus quando esset priuilegium ratione officij habentis annexam dignitatem, quia non transit ad viduam *Barbosa in l. quia tale ff. solut. Matrim.* Sicut etiam extinguitur priuilegium Mariti eius morte quando non fuit personale simpliciter, sed fuit priuilegium intuitu certæ personæ concessum, *Gaspar. Thesaur. quæstio. for. q. ....* & sequitur nouissime optimus *Consiliarius Philippus Pascalis* Consentinus compatritius meus in suo *tractat. de viribus patriæ potestat. par. 4. cap. 2. in principio*, Vnde etiam cum vidua gaudeat ijsdem immunitatibus quibus gauderet si esset in matrimonio *l. filii ff ad municipalẽ l. fœminæ ff. de Senator. c. bis qui de sepult. in 6.* quia retinet vidua maritales dignitates, *l. cum te Cod. de nupt.* fuit iudicatum in parlamento Delfin. viduas relictas Consiliariorum Parlamenti, & Auditorum Cameræ computorum Delfin. & aliorum nobilium qui contribuere non debent in subsidijs delphinalibus, non deberi cogi contribuere in dictis subsidijs *Guid. Pap. quæstio. 379.* sicut etiam fuit vidua plebei cuius retinebat conditionem condemnata ab eodem Parlamento ad contribuendum in Delphinalibus sicut in vita contribuebat eius maritus plebeus, licet vidua sit nobilis *idem quæstio. 380. & 349.* Vnde dicitur vxorem sequi virum in vita siue ẽt in morte 13. *q. 2. capit. vnaquæque Mulier.* omissa illa responsione, quod Mulier in viduitate persistens, dicitur durare in priori Matrimonio ideſt dicitur ad secundum Matrimonium non transire, *d. l. cui eorum §. affinitatis* allegati, dicendum est esse verum viduam quoad quædam cẽseri esse in matrimonio, ideſt in reliquijs Matrimonij, ita quod lucra sibi obuenientia ex premortuo Marito non perdat, & gaudere viduam priuilegijs in solutione collectarum mortuo marito patre duodecim filiorum dicit *Regens Constantius in l. si quis decurio Cod. de decur. lib. 10.* & similiter in retentione domicilij, & dignitatis maritalis, & conditionis superius relatis, & alijs similibus casibus; tamen non per hoc vxoris appellatione venit vidua, nec appellatione affinis, non enim vxoris appellatione venit quæ non est in Matrimonio sed vidua. Quia dispositio legis loquentis de vxore, de ea intelligitur, quæ est verè in Matrimonio, non de vidua, qui fingitur esse in Matrimonio, *Ludou. Roman. in l. 1. Cod. de bon Matern.* & quod vidua non possit agere tanquam affinis virtute statuti de compromissis faciendis, vt est *pragmat.* in hoc Regno contra propinquos Mariti præmortui, est communis *Doctorum* opinio, de qua testatur *Alex. in l. non tantum §. 1. in fine ff de re iudic.* & tali casu non dari affinitatem fuit iudicatum in anno 1589. ad fauorem affinium cuiusdam foriudicati in Audientia Barensi, & alios in M. Curia Vicariæ *Viuius decis. 181.*

5 Et ex decisista ampliatur regula illius *prag. 1. de Arbitr.* vt non possit peti compromissum in causis instrumentarijs, quia ampliatur etiam si instrumenta non sunt reassumpta seruata forma *constitutionis instrumentorum robur*, sed forma hic tradita, quæ limitatur nisi ex instrumentis, clara iuris decisio, & indubitata resultaret. *Port. Imol. cons. 142. & Lancell. de attentat. c. 9.* dicit quando res clara dicitur, &

6 indubitata, & *Intrigl. singul. 182. lib 1.* Quo casu cum opinatur quæstionem esse claram ex instrumentis non debet Iudex statim decretare causam compromittendam non esse, nisi prius de quæstionis claritate appareat, *Decius cons. 630. & 22. Alex. cons. 166. vol. ...* Sicut etiam limitatur quando pro quo facit instrumentum petat compromissum *Ludouic. decis. Lucens. 26.* & ante eũ *Alex. cons. vltimo lib. 6. Consiliarius Rouitus loco citato*; Et quia diximus declara, decisione non resultante ex instrumentis, dicendum est, quod quando est quæstio iuris, cuius decisio apertis libris inuenitur, non est de ea compromittendũ, *Alex. cons. 199. lib. 2. Bal. in d. l. cùm proponas, Gramat. in d. pragm. de comprom.* quod hodie vix in praxi deduci potest, cum de omni re clara dubitent Aduocati causarum, seu vt melius dicam, salua pace bonorum quod dubitare volunt.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta an, & quando possint reassumi, & quæ requirantur in reassumptione, & quæ impediant, & de praxi, & an beneficia concedantur.*

Instrumentorum forma in Regno Neapolitano ibidem.

Testis qui dicit non se recordari, an compelli possit, vt se subscribat in testamento. n. eodem.

Caroli de Tapia laudes recensentur. ibidem in fine.

DECISIO XII.

1 DIcit *Minadous* in hac decis. posse reassumi Instrumentum in quo vnus testis est viuus illorum qui interfuerunt.

Adde quod si testis iste dicat non se recordari, quod fuerit testis in illo Instrumento, & differt se subscribere, & testificari, quid fiendum, & an possit compelli ad se subscribendum iuxta *constitutionem huius Regni Neapolis instrumentorum robur*, quia cauetur Instrumentum deberi subscribi à Iudice Notario & te-

Digitized by Google

& testibus, & quod testes sint ad minus numero tres in negotio excedente libram auri, quia de iure communi nullus fuit *Doctor*, nec *Glosa* qui diceret requiri testium subscriptionem in instrumento, *Paul. de Castro in cons. 205.* in casu contingenti Domini de Cõsilio Neapolitano habuerunt pro claro, quod testis ille non possit compelli *Capic. decis 29.* vbi ego scripsi in Additionibus meis ad decisiones *Capicij*, sed quod possit compelli, vt subscribat, dicit *Paris. de præsentat. instrumentor. rubric. 24.* quod practicatur in Regno; & nouissime *Molfes. ad consuet. Neapol. par. 10. quæstio 4.* Quia dum reperitur in protocollo testis iste per Notarium, seu in instrumento, & fides inscriptionis testium à Notarij authoritate dependet, *Io. Andre. ad Specul. in §. restat. in tit. de fide Instrum.* Præsertim si redegisset illud in formam publicam, quia probat Instrumentum, & pro eo præsumitur vbi est signum, & Notarij subscriptio, vt per *Speculat. in §. restat.* Creditur enim Notario de inscriptione testium in protocollo, vel instrumento inscriptorum. *Paul. de Castro in cons. 230.* vbi enim dicit Notarius, quod fuit ille testis in Instrumento, & testis dicit contrarium, creditur Notario. *Io. Andre. et Innoc. in c. cùm Ioannes Hæremita de fide instrument.* Et vidi ita semper ego in Regia Audientia tales testes negantes compelli ad subscribendum Instrumenta, Vide tamen *Io. Andre. in d. §. restat. in additio. ad Specul.* An quando Notarius qui confecit Instrumentum est persona suspecta, & vnus testis contradicit instrumento probet, & quod de iure ciuili si fuerit instrumentum per notarium rogatum [redacted] propter illius mortem non fuit in formam publicam redactũ, non valebit instrumentum, quia non facit fidem prothocollum, vel liber ille, in quo Notarij abbreuiaturæ scribuntur, archiuium enim non habent Notarij in quo conseruentur eorum gesta, vnde post mortem eorum facile interijt fides illorum, *§. si verò quidam Auth. de defensor. Ciuit.* de iure autem Canonico mandatũ fuit, vt mortui Notarij in publicam formam prothocollum redigatur per alterum Notarium, & de licentia iudicis reassumantur illa instrumenta, quæ sunt in dicto prothocollo, vocata tamen parte contra quam erant instrumenta. *c. cùm Petrus Tabellio de fide instrum.* vbi *Abbas, & Innoc.* vnde dixit *Card. Tuschus in concluſ. 79. & 239.* quod debet de illa licentia constare, quia non creditur Notario, & dixit *Spec. in tit. de instrum. edit.* quod creditur hodie prothocollo mortui Notarij, sed de iure Regni huius aliter obseruatur per *constit. Regni incip. baiulos omnes*, qua mandatur cũ certa forma fieri dictam reassumptionem in omnibus casibus, tam mortuis testibus, & iudice, vel Notario, omnibus, vel aliquibus eorum, nam in primis instrumenta in Bastardello ponuntur, quæ dicitur abbreuiatura, postea in prothocollum eiusdem Notarij rediguntur, & denique, vt fidem faciant reassumuntur in carta pergamena cum extentione ceterarum, & dicitur tale instrumentum fuisse reassumptum ad talis instantiam, & post suo signo signat, & ponit iudicem ad contractum, & testes qui in contractu interuenerunt, & parti tradit Notarius quæ iudicis subscriptionem, & testium qui interuenerunt procuret seruata forma alterius *Cõstitutionis* huius Regni Incip. *Instrumentorum robur.* nõ tamen poterunt reassumi ista instrumenta ab alio Notario si non fuerint inuenta in prothocollo Notarij mortui, vel saltim in eius fasciculis, quia non possent reassumi si reperiretur instrumentum à prothocollo, vel fasciculis separatum, vt in arca Notarij mortui; non enim tunc faceret fidem, quia est mera cartula vt post *Doctor. in l. si quis ex Argentarijs §. vltimum ff. de edendo* dicunt *Regens de Ponte decis. Collateralis Consilij Neapo. 38. & Consiliarius Rouitus in prag. 1. & 2. de fide instrum. Præs. de Franchis decis. 567* & tunc nec crederetur Notario dicenti, se illam scripturam in fasciculis, siue filsis, seu in prothocollo Notarij mortui inuenisse *Surdus cons. 187. vol. 2.* licet *idem* dixerit cõtrarium in *cons. 350. vol. 3.* nam inter alia requisita quæ requiruntur de iure, vt valeat reassumi instrumentum Notarij mortui, vnum est, vt Notarius, qui in dicta reassuntione sumitur inueniat instrumentum in fasciculis Notarij mortui, & illud extendat secundum ceteras dicti Notarij prẽmortui, & debet etiam in actis apparere iudicis de stilo Notarij mortui circa cæterarum extentionem, & sic in processu alias assumenti Notario non crederetur *Surd. d. cons. 350. Alex. cons. 198. vol. 7. Præses de Franchis decis. 557. Gramat. dec. 105.* Aliud requisitum de iure est, vt sit Notarius ille, qui vult reassumere, & aliud est requisitum, vt constet illud instrumentum fuisse scriptum manu mortui Notarij, & vltimum est, vt iudex ordinarius, vel delegatus concedat facultatem assumendi. Et quæ requirantur in reassumptione instrumenti vide *Afflic. in dicta decis. 6. & Guid. Pap. decis. 2. Annam singul. 254. Bart. in l. vnica Cod. de officio proconsul.* vbi moderni addentes *Paris. de Puteo in trac. de reassumptione Instrument. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. casu. 187. Annam singu. 254.* Non autem impediret reassumptionem Instrumenti ipsius rasura, quia de hoc tractabitur in Iudicio ordinario postea *Præses de Franchis decis. 485.* benè tamen verum est, vt si dicatur falsum instrumentum poterit iudex Notario prohibere quod donec aliter fuerit prouisum non reassumat. *Afflict. decis. 113.* Et quod possit instrumentum reassumi per alium Notarium, eo mortuo, & Iudice, dummodo duo ex testibus superuiuant, addidit ad *dictam constitutionem instrumentorum robur dicta Constitutio Regni incip. baiulos*, quod ego ampliaui in *decis. Capyc. 29.* etiam si superuiuat testis vnus, & Notarius, quia etsi regulariter Notarius non connumeratur in testium numero, quoties de probando aliquo actu agitur per publicam scripturam, quia non potest esse Notarius, & testis, sicut nec testis, & Iudex, attamen si agatur de probando contractu, vel vltima voluntate non per scripturam, sed per testes, tunc in numero testium Notarius computatur, vnde sex testes, & Notarius probant nuncupatiuum testamentum, vnde si duo, vel tres testes requirun tur, tunc probarent contractum duo testes, &

Digitized by Google

Notarius,vel vnus teſtis,& Notarius. *l. Domitius labeo ff de teſtam.* vbi *Doctores* omnes, & relati per *Cardin. Tuſcum. in concluſ. 98. & Maſcar. de probat. concluſ. 1352.* & tunc addo aliam ampliationem, etiam quando viueret vnus teſtis & iudex ad contractus, & in locum demortuorum alij per ipſum Notarium ſubrogantur, quod etiam in inſtrumēto reaſſumpto exprimitur, & in iudicis, & teſtium ſubſcriptionibus *Naucler. in conſuetud. inſtrumentum conſcriptum, & in conſuet. inſtrumenta confecta*, de quo Praxis in Regno iſto apparet; mortuis tamen omnibus teſtibus,& iudice,quia non poterit Notarius inſtrumentum reaſſumere,niſi haberet in priuilegio in ſpecie, tunc ad huius Regni P. oregem recurritur,libellum porrigendo, in quo narretur qualiter in prothocollo, vel in baſtardolo talis Notarij contractus celebratus inuenitur inter tales,& tales,& dictus Notarius eſt mortuus ideo petitur reaſſumi illud inſtrumentum per alium Notarium,quod libellum Regni Prorex ad Præſidem Sacri Conſilij prouidendum remittit,cuius decreti vigore in partibus informatio committitur, vbi eſt ille actus geſtus, vnde de morte illius Notarij informatione capta, eiuſque legalitate, & quod eius ſcripturis plena fides datur, & quod fuit inuentum illud inſtrumentum in faſciculis,ſeu in ſceda illius Notarij mortui coram teſtibus, eiuſquè propria manu ſcriptum, ſed non extenſum, qua capta informatione, & viſa in Sacro Neapolitano Cōſilio fit decretum, quod inſtrumentum illud reaſſumatur per alium Notarium, ac ſecundum cœteras ſolitas illius Notarij mortuj intelligendo tamen hæc etiam ſeruari quando inſtrumenta iſta reaſſumuntur per Notarium de hoc habentem priuilegium,ſed inſtrumentum Eccleſiaſticum an poſſit reaſſumi mortuis omnibus teſtibus,Notario, & Iudice. c. pen. de fide inſtrum. non obſtante *Conſtit. Regni baiulos* vidē *Paridem de Put. in tract. de reaſſumpt. inſtrum. in Rubr. 9.* Et concedi beneficia in hac inſtrumenti reaſſumptione fuit deciſum *Anna allegat. 84. & ſingul. 255.* Et quando petitur inſtrumentum reaſſumi,quod via iudiciali non procedatur idē *Anna loco citato*, Et quòd inſtrumentum non probat ſi literę legi non poſſunt idem *Anna allegat. 43. & ſingul. 253. & Marchio Regens Tavia in conſtit. conſuetudinem*, quem virum doctiſſimū, & maximæ probitatis, & eloquentiæ alijſquè virtutibus præditum,& meritiſſimum Regentem dixit *Molfeſ. var. 3. de ſucceſſ. ex teſtam. quæſt. 23.* & Collegam ſuum, & Belmontis Marchionē meritiſſimum vocat *Regens Conſtantius* nouiſsimè *in l. vnica Cod. de claſſicis*, & celeberrimum iureconſultum ſummam integritatem cum eleganti doctrina, & venuſta grauitate coniunctā præferentem dicit *Conſiliar. Rouit. in pragm. 1. de bon. proditor.* & in reaſſumptione facienda non poteſt Notarius clauſulas apponere ſolitas apponi,quas Notarius non appoſuit *Hippolitus de Marſil. ſing. 223. Girar. Sing. 41* & quid de abbreuiaturis *Alex. conſ. 153. lib. 2. Vrſill. in dict. dec. Afflic. 6. & Præſes de Franchis dec. 567.*

SVMMARIVM.

1 *Feuda an diuidantur.*
2 *Feuda titulata an veniant in obligatione feudorum, & quando vendantur ad creditorum inſtantiam, & feuda titulata quæ ſint ibidem.*
3 *Creditoris electio in vendenda aliqua re debitoris an ſemper tranſeat. l. creditoris ff. de diſtract. pignor. declaratur ibidem.*
Anellus Amatus laudatur ibidem.
4 *Feudorum exequutio an fiat in ſubſidium, & quid in tentata aſſiſtentia.*
5 *Creditor in actione perſonali ſine aſſenſu, an poſsit exequi ſuper feudo in ſubſidium.*

DECISIO XIII.

QVia facto appretio apparebat oportere fieri diuiſionem Vaſſallorom,& iuriſdictionis,& fieri maximum præiudicium Pupillæ Comitiſſæ Nepti, vt dicit in initio *Minadous* hic. Adde quia licet feuda omnia diuiſibilia ſint *c. 1. §. omnes filij ſi de feud. defun. contēt. & c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. Capyc. in inueſtit. feud. §. feudorum diuiſio, & Iacob. de Sancto Georgio in verbo in feuda Petr. de Gregor. de conceſſ feud. 1. part. 4. q. 1. Præſes de Franchis deciſ. 73. Anna ſingul. 199. Fran. de Amicis in c. 1. §. & ex iis fol. 128. de his qui feuda dar. poſ. Tiraquell. de primogen. q. 4.* niſi feuda dignitatum, vtputa Regnorum,Ducatum,Marchionatum, Comitatum, & ſimilium,quæ diuidi nequeunt *c. imperialem §. præterea ducatus.* vbi *Andreas de prohib. alien. per Frideric.* vbi *Afflic. Aluarot. Præpoſ. Iacob. de bel uiſ. & Martin. Laudens. Iul. Clar. in §. feudum Hortoman. in d. §. præterea ducatus, Vinius deciſ. 130. Afflic. deciſ. 265.* Attamen in hoc Regno Neapolitano in feudis,& locis,in quibus viuitur iure francorum non diuiduntur feuda, quia in his ſuccedit primogenitus ſolus, *Andre. in d. §. præterea ducatus*, vbi *Afflic. Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 1. tit. de origine feudor. Præſes de Franchis, Petrus Gregor. & Capyc. locis citatis, & Afflic. dec. 249* Attamen in Regno Galliæ feuda diuiduntur,vt dicunt Galli Doctor. vt *Tiraquel. de iure conſtitut. poſſeſſor. p. 3. limit. 3. Guid. Pap. deciſ. 133. & 297. Franc. Marcus deciſ. 368. Io. Faber in authen. ingreſſi Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubric. 3. Desfiedz §. 5.* & idē apud Allobrogos *Ant. Faber. diffinit. 1. lib. 4. tit. 42. vol. 1. Boer. deciſ. 204* Et dixi ego latè in additionibus ad *deciſiones Capicij in deciſ. 2.*

2 In quantum fuit deciſum in hac deciſione, quod licet in obligatione veniant feuda titulata,quando ſuper alijs bonis poteſt creditoribus ſatisfieri,hoc eſt temperandum in exequutione, vt dicit *Minadous.* Adde quod hoc tenuit idē *Minadous in repet. Conſtit. in aliquibus*, in obligatione bonorum feudalium indiffinite facta comprehendendi etiam feuda titulata, & ita ex conſuetudine fuit iudicatum, & interpretatum ante *pragmatic. nouem capitum*, per quam Pro regibus limitabatur poteſtas hæc, & poſt per

vltimam

Digitized by Google

vltimam pragmat. anni 1560. concessa quoad obligationem feudorum titulatorum, *Fabius de Anna cons.63. & 76. & Anna Pater in allegat.141.* & sequitur *Marchio de Ponte Regens in suo tractatu de potestat. Proreg. in titulo de Assens. Regis super dot.* vbi dicit hoc ad multa notandum, dum instant creditores vendi bona debitorum *Marta. de iurisd. par.2. c.32.* Quia est differentia inter feuda titulata,& non titulata; quia primo proceditur ad venditionem bonorum feudalium,quæ non sunt decorata titulo, & demum ad venditionem titulatorum. Idem *Minado. loco citato, & Marchio Tapia Regens in loco infra citando*, & feudum titulatum est feudum Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & Principatus, cuius dignitas fuit de iure communi incognita,vt per *Camer. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus cart.94. lit.I. de probib. alien. per Frideric.* post alios feudum verò non titulatum est feudum quaternatum antiquum, seu nouum, *Carauit. ad decis. Afflicti decis.265.* & dixi ego in *pragmat. Regni Neapolitani octuaginta nouem capitum in cap.74. in verbo, & obligationi.*

3 In quantum autem dicit hic *Minadous* ex *Glos. in l. quamdiu C. de distractio. pignor.* Adde quod *l. creditoris arbitrio, ff. de distractio. pignor.* qua cauetur posse creditorem vnam rem,vt vendatur eligere ex rebus sibi obligatis,fuisse limitatam,quando possit aliunde sibi creditor satisfacere, quia fuit text. dictæ legis limitatus per *Annam in allegat.141.* Quando alteri creditori non esset consultum ex *Bart. in d.l. creditoris*, & limitauit etiam *d. l. Martha. in decis. Pisana* 130. vt non procedat in aliorum creditorum præiudicium dicta creditoris electio; Quia debet illud arbitrium regulari,& sic illa electio restringi,vt fiat bona fide. Idem *Glos.* quam allegat *Minadous in d.l. quamdiu.* Quam *Glos.* sequitur etiam *Consiliarius Anna* huius *Minadoi* consanguineus in *d. cons.63. & 76.* memor huius *decis.* Quia *Doctores* omnes dicunt,arbitrium creditori concessum non debere esse indomitum,non effrenatum,non iniquum,sed boni viri arbitrio regulandum,vnde esset interdicenda venditio si pro modico credito rem velit distrahere magni valoris, *Bart. in l. alio ff. de alim. & cibar. legat.* immò tali casu in dolo creditorem versari, & teneri ad interesse, & quando res vendita non est æquiualens debito, dicitur fieri alienationem malitiosè, & non bona fide, *Menoch. de arbitrar. casu* 182. *Bal. consil.75. vol.1. Dec. consil.* 235. hic idem *Minadous in constit. incip. Comitum, & in aliquibus, Anton. Gamma decis. Lusitan.* .....

4 In fine huius decisionis, vbi dicitur fuisse decretum quod non procederetur ad executionem in dicto Castro Sarraceno,ex quo poterat aliunde commode ex introitibus satisfieri. Adde,quia in feudis fit exequutio in subsidium, *Alex. & Doctores in l. si finita § si de vectigalibus, ff. de damn. infect. c.1. §. Sed nec alia quæ sit prima caus. benef.. amict. & constit. Regni incip. si quis post litem*, vbi *Andr.* & colligitur etiam ex *constitut. Regni incip. contumacem*, exequutionem ex bonis debitoris faciendam esse super bonis burgensaticis, deindè verò super feudalibus, & ita hodie obseruari dicit *Marchio de Tapia Regens in dicta constit.* Et ideo assistentia pro dote fuit concessa in subsidium deficientibus bonis allodialibus in Sacro Consilio Neapolitano *Anna allegat. 66. & 115.* & idem *Milanens. in decis. 5. & 7. late Borrell. in consil. 55.* Quod etiam probatur in hac decis. vbi fuit actum assistentia,& non fuit concessa super feudo,ex quo poterat commode satisfieri super bonis burgensaticis. Immò potest creditor anterior cum assensu cogi, vt super bonis burgensaticis agat, super quibus sibi potest faciliter satisfieri,ad hoc vt alijs creditoribus in actione personali possit esse super feudo consultum, *Anna Pater in alleg.141. volum.2. & Anna filius in cons.63.* quos sequitur nouissimè *Anellus de Amato Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ* doctissimus *in cons.95.* Quia 5 tam de iure communi, quam de iure huius Regni sine dubio exequi potest contra debitorem in actione personali tantum super feudo in subsidium, alijs bonis non extantibus *Aluarot. in cap.1. in princ. de probib. feudi alienat. per Frideric. in cap.1. quæ sit prima causa beneficij amictend. Alber. Brun. inter consilia feudalia diuersor. 36. Loffred. consil. 12.* & in hoc Regno est lex expressa in *d. constit. contumacem*, & probat *constit. Regni incip. post litem*, vbi *Andreas*,quod verum non est quoad corpus feudi,vt dicunt, *& Hartam. Pistor. quæstio. var. lib.1.q.15. Cumia in cap. si aliquem in verbo antiquis, Frezza de subfeud. lib. 3. differ.5. Loffred. consil.46. Camer. in l. Imperialè cart.18. lit.V. & car.20. lit.H. & car.51. lit. K. Afflict. in d. constit. si quis post litem, & decis.240. & 26.* Sed quoad fructus feudi verum est, non tamen indistinctè, & sic simpliciter,sed in subsidium tantum,& non in defectum aliorum bonorum, & non quoad omnes fructus, sed deducta prius necessaria portione pro feudatario pro seruitio directo Domino præstando, & pro alimentis ipsius feudatarij,& vitæ substentatione,vt dicunt citati *Doctores*, & post eos nouissimè *Consiliarius Rouitus in pragm.3. de ordine cognit.* Et quatenus non potest creditori sine assensu ex dictis fructibus satisfieri,remedium est inuentum, vt debitorem feudatarium cogat creditor ad vendendum feudum,ex cuius feudo poterat sibi satisfieri. *Præses de Franchis decis.703. Anna consil.4.* & ita dicit fuisse practicatum *Rouitus* contra Fabiũ Galeotam ad instantiam Iuliæ Piscicellæ decreto mediante Sacri Consilij iunctis aulis facta relatione in Collaterali Consilio in anno 1600. Actuario de Felice. Hinc verum esse dicit *Marchio Regens Tapia in dicta constit. contumacem*, vt si creditor habet assensum potest super feudalibus exequutionem facere, sed si non habet assensum cogere potest possessorem vt feudum vendat,iuxta tradita per *Andr. in constitut. si quis post litem*. Sed nullo modo poterit sequestrari iurisdictio,secundum *eum-*

Digitized by Google

dem Consiliarium Rouit. loco citato in fine, & ita seruari, de qua re neminem vidit tractare, nisi *Io. Fabr. in §. item Seruian. instit. de actio.* & *Annam singul.* Immo priscis temporibus etiam ad creditorum instantiam, & legatariorum in actione personali fiebat executio in feudis, eaque interposito secundo decreto vendebantur, & assensus Regius impetrabatur in venditione. *Andr. & Afflict. in d. constit. si quis post litem*. Sed quia postea relatum fuit ab vno ex Dominis Regentibus fuisse hoc per Cæsaream, & Catholicam Maiestatem prohibitum, licet non appareat in scriptis, vt dicit *Præses de Franch. decis. 704.* Idcircò vt creditoribus, & legatarijs posset satisfieri, introductum fuit, quod hæres coge retur ad vendendum feudum, vt de pretio satisfiat creditoribus, & legatarijs, vt ibi per *Præsidem*, quod sequitur *Consiliarius Rouitus loco citato*, de qua *Pragmatica* prohibitoria non meminerunt nec *Marchio Regens Tapia in loco citato*, vbi dixit simpliciter quod creditor in actione personali etiam absque assensu immictatur in possessionem, allegans *Regentem Lanarium cons. 12.* vbi neque *Regens Lanarius* meminit de dicta *Pragmatica*, Sed validissimè tenuit creditorem in actione personali etiam absque assensu in possessionem bonorum feudalium immicti.

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Venditio Gabellæ Vniuersitatis an sit nulla, quia non interuenit Decretum, & quæ requirantur in alienatione bonorum Vniuersitatis.*

2 *Sententia an mandetur executioni oppositis respicientibus merita causæ, & illius Iustitiam, & non processus nullitatem.*

Doctor Sese Hyspanus laudatur.

3 *Restitutio in integrum petita an faciat supersedere in executione, vbi ponitur regula cum limitationibus, num. seq.*

10 *Tres sententiæ Baronales an pro vna habeantur.*

DECISIO XIV.

1 VEnditio Gabellæ Vniuersitatis quod sit nulla, cum in venditione non interuenerat decretum, vt dicit *Minadous num. 1.* Adde quod inter quatuor requisita, quæ posuit *Capyc. in decis. 93.* vt res Ciuitatum vendi possit, tertia fuit vt interponatur decretum in venditione, & Idem dicit *Bart. in l. prohibere §. planè, ff. quod vi, aut clam*, & ita seruari dicit *Foller. de censibus fol. 132. in ver. huiusmodi census*, vbi vide de ratione, & ego dixi in dicta *decis. 93.* plura enim requiruntur, vt sindicus possit vendere bona Vniuersitatis, & primo, vt sit sindicus constitutus ad vendendum pro maiori parte ciuium, *Afflict. decis. 245. Alexan. consil. 1. vol. ....* quod mandatum procuratorium debet de verbo ad verbum inseri per Notarium in instrumẽto alienationis bonorum Vniuersitatis alias non valeret venditio, quia mandatum illud non probat illa verba Notarij, qui solet dicere, prout de dicto mandato mihi constat per Instrumentum per me lectum, &c. secundum communem Doctorum opinionem in *Auth. si quis in aliquo documento Cod. de edendo*. de quo mandato procuratorio Vniuersitatis vide *Bursat. cons. 159. vol. 2.* Et requiritur secundo, vt interponatur decretum, quod venditionem illam fieri expediat Vniuersitati *Io. Baptista Plot. in tract. de in lit. Iuran. §. 5.* nam in creatione sindici ad vendenda bona Vniuersitatis, consensus requiritur ciuium, & causæ cognitio, deliberatio, & decretum, *Corneus cons. 189. vol. 3.* requiritur & tertio assensus Principis superioris *Doctor. in l. fin. Cod. de vendend. rebus Vniuersitatis*, & sic seruatur in hoc Regno, quia assensus Proregis huius Regni expeditur super dictis alienationibus. Et quod dictum est de decreto Iudicis, intellige cum causæ cognitione in Iudicio coram Iudice agitato. *Bart. in l. cum hi §. vult igitur ff. de transact.* quia non sufficit dicere quod in parlamento licentia Superioris intercesserit, quæ in Vniuersitatis conclusione requiritur. *Bart. in l. actor. ff. rem rat. haberi Afflict. in constit. prælud. quæst. 3. Franciſc. Marcus, quæst. 165.*

2 *Ad num. 2.* vbi fuit decisum per S.C. quod debebat mandari exequutioni sententia, quia oppositæ respiciebant merita, & iustitiam causæ, non autem nullitatem processus. Adde quod semper quando nullitatis oppositæ cognitio altiorem requirit indaginem non impeditur sententiæ exequutio, sed sententia mandabitur exequutioni præstita cautione in casu retractationis, inxta *text in Auth. supplicatio Cod. de precibus Imperat. offer.* nisi exequutio esset inretractabilis, vt per *Suarez. in l. 2. titulo de los gouiernos foro legum lib. 3. quæst. 4.* Secus autem esset cum apparuerit de nullitate ex processu, & tenore sententiæ, quod dicimus Nos ex eisdem actis, vel quando ex dictis non apparet nullitas, sed necessaria est extrinseca probatio, quæ affertur incontinenti impeditur exequutio sententiæ, *Paul. de Castro in lege à Diuo Pio §. condemnatum ff. de re iudic. Ioseph. Lodou. decis. 24. Mising. obseru. .... cent. 4.* Et in hoc Regno est *pragmatica in titulo de officio Sacri Consilij incip. sententias autem, & quæ præsenti. Afflict. decis. 28. & 39.* quæ nullitas vt impediat sententiæ executionem debet ante exequutionem factam opponi, *Paul. de Castro in d. Auth. quæ suppl. catio Cod. de prec. Imperat. offer. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 17. Gabriel. Roman. in titulo de exceptio. conclus. 4. Soccin. Sen. consil. 78. vol. 3. & Gratian. discept. for. 708.* dicit tunc esse factam exequutionem quando fuit per solutionem, vel rei traditionem profecta, & sequitur *Consiliarius Rouitus in pragm. 5. de officio Sacri Consilij*, & debet nullitas opponi incidenter per viam exceptionis, non autem principaliter *Intrigliol sing. 148. lib. .... & decis. 9. Andr. in cap. 1. §. is enim si de inuest. inter. dom. & vassall.* & quando nullitas impediat exequutionem, vel non, vide *ll Sese* doctissimum Hyspanum *in tract. de inhibit.*

cap. 5.

Digitized by Google

cap. 5. §. 5. & Consiliarium Rouit. in d. pragm. 5.

3 *Ad num. 3.* vbi dicit *Minadous* quod pro restitutione in integrum non sit supersedendum in executione, quando contra petentem restitutionem est præsumptio iuris. Adde hanc esse vnam limitationem ad regulam traditam in *l. vnica Cod. de in integrum restitut. postul.* nihil noui fiat, vt fuit decisum in multis Prætorijs, vt in *decis. Franc. Marchi. 53. & Cappell. Tholos. decis. 54. & Benintend. decis. 85. Magon. decis. Florent. 133. & Mobed. decis. 2. Put. decis. 456. lib. 2. Thesaur. decis. 181.* vt pendente restitutione in integrum sit supersedendum in

4 exequutione. Quia fallit quando cõtra petentem restitutionem esset præsumptio iuris, vt dicit *Minadous*, & tu adde quod idem dicit *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 47. & 74.*

5 *lib. 1. Misinger. cent. 1. obseruat. 48.* Sicut etiam limitatur quando sententia cępta est exequtioni demandari, & petitur restitutio, quia tunc non supersedetur in exequutione, *Glos. in cap. suscitata de in integrum restit. Abb. ibidem.* Sunt *decisiones Rotæ Romanæ 777. Seraphyni, & 370. tom. 1. par. 1. Farinac. & dec. 75. Mantica, Aldobrandin. consil. 48. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. Mastrill. decis. 30. Polidor. Ripa obseruat. 338.* Immõ sola præuentio in petenda exequutione ante restitutionem postulatam efficit, vt non retardetur exequutio. *Cæsar de Grassis decis. 1. in titulo de in integrum restit. Pacific. de Saluia. interdict. inspect. 4. Benintend. decis. Bonon. 85. Ripa in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* sequitur *Consiliar. Rouit. in pragm. 1. de minor. & ex Aulia in repetit. cap. 1. de vassall. decrep. ætat.* probat obseruantiam Sacri Neapol. Consilij, vt post intimatum mandatum de parendo supplicatio super in

6 integrum restitutione non admittatur, & limitat etiam regulam prædictam, vt non impediatur exequutio, si aduersus Principis sententiam petatur restitutio in integrum *Afflict. decis. 356.* nisi esset exequutio inretractabilis, quia semper impediretur per restitutionem *Boer. decis 65. Cappell. Tholos. decis. 430. Anna alleg. 82.* & quando in sententia Principis impediatur exequutio per restitutionem in integrum, vide *Couarr. cap. 25. practicarum quæstionum, Annam in cap. 1. de vassall. decrep. ætat. Virgin. Boccac. in comment. ad constit. Marchiæ glos. 8. Præsidem de Franchis decis. 86.* Vel allegetur euidens causa ad exequutionem præsumptæ calumniæ, exemplificando in senten-

7 tia Sacri Consilij. Sicut etiam limitatur in casu eiusdem *Ripæ obseruat. 276.* Sicut etiam limitatur regula prædicta in ea restitutione, quæ speciali rescripto petitur *Misinger.*

8 *centur. 6. obseruat. 80.* Sicut etiam limitatur in decretis affirmatiuis, quæ vigore *Regiæ Pragmat.* in hoc Regno habent exequutionem paratam *Afflict. decis. 356.* qui refert, quæ sint hæc decreta affirmatiua in *decis. 261.*

9 Quid autem sit dicendum in exequutione trium conformium sententiarum. Vide *Hieron. de Laur. in decis. Auenion. 2.* & quòd tres sententiæ Baronales pro vna sententia habentur, quia vnica dicitur Instantia Iudicis primarum, & secundarum causarum, *Anna consil. 70. Præses de Franch.* decisum dixit, de quo meminit *Capiblanc. de Baron. in pragm. 8. part. 1.* quid in sententia Sacri Consilij Neapolitani. vide *Capyc. in decis. 53.* & quæ ego dixi ibi in additionibus meis ad dictas *decis. Capyc. 3.*

Ego Flaminius Monacus in vtroq; iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium an concedatur votata causa secundum decisiones Sacri Consilij Neapolitani, & de Praxi, num. 2.*

DECISIO XV.

1 DIcit *Minadous* in hac decisione, beneficium concedi etiam votata causa, quando petitur per viam restitutionis in integrum, quia in non petendo fuerunt læsi, quod nota, quia limitantur tradita per *Præsidem de Franchis decis. 261.* vt nõ concedatur beneficium quando est introducta, & causa relata, quia fallit qñ petitur per viam restitutionis in integrum, vt dicit *Imbrian. in tract. de 1. & 2. benefic. considerat. 5. Giurba decis. Sicula. 36. Regens de Ponte cons. 62. vol. 2. Ricc. collect. 186. in fine*, & sic non sunt contrariæ decisiones *Præsidis*, & *Minadoi* nostri, & quod etiam fuerit iudicatum secundum hanc decisionem *Minadoi* refert *Consiliarius Rouitus* in eodẽ Sacro Consilio, in quo post causam introductam fuerunt concessa beneficia pupillis in *Pragm. 53. de offic. Sacri Consilij*, vbi defendit decisionem *Præsidis de Franchis*, non posse concedi beneficia post relatam causam, & lectam, & positam in lista secundum obseruantiam tempore *Afflicti*, vt per eum *in Constitutione incip. obscuritatem, Carauit. in ritu 71. & 296.* sed quod passim, & indifferenter obseruatur, & iudicatur in Sacro Consilio, vt post causam introductam concedantur restitutiones, quæ forensi vocabulo beneficia nuncupantur, *Consiliarius Gizzarell.* in suis decisionibus nouissimè impressis in *decis. 21.* & istud etiam nunc obseruari dicit quod dicit *Gizzarell. Consiliarius Rouit.* quod habetur in *Pragmat. 16. de ordine Iudic.* & de hac decisione meminit *Gizzarell. in decis. allegata*, vbi hunc *Minadoum* intelligit loqui in causa relata, & non introducta decreto Sacri Consilij vbi loquitur de antiqua obseruantia Sacri Consilij, nulla mentione facta *decis. 261. Præsidis de Franch.* & pro affirmata obseruantia Sacri Consilij refert nouam decis. cum vniuersitate Tarenti, vbi post causam introductam decreto Sacri Consilij fuit concessum beneficium, iunctis duabus aulis, & hanc decis. *Minadoi* sequitur *Muscatell. in praxi Sacri Consilij in verbo priuilegiata, Riccius in Collect. 85. Fab. de Anna consil. 105.* & secundum hanc decisionem *Minadoi* dicit *Masullus ad decis. Capyc. 109.* vidisse pluries obseruari in Sacro Consilio Neapolitano concedi beneficia etiam post causæ introductionem.

Et

Digitized by Google

Et quia vides *Doctores* altercantes in hac materia, & aliquos credentes contrarias esse decisiones *Præsidis*, & *Minadoi* fuit obseruatum in Sacro Neapolitano Consilio, vt fiat introductio cum reseruatione petendi beneficia, & præsentandi scripturas, vt fuit decisum in causa V.I.D. Hortensij del Pezzo cum Vniuersitate Gisoni in anno 1602. *Viscontus in addit. ad dictam decis. Præsidis* 261. & facit pro praxi Sacri Consilij saluo iure petendi beneficia, quod dicitur in *decis. Cappell. Tholos.* 14.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Excussio an facienda per creditorem ad instantiam alterius correi contra alium correum obligatum expensis correi petentis, num. 2. & 3.*
3 *Excussionis beneficium an habeant mercatores, & quare.*

DECISIO XVI.

1 EXcussionem faciendam per creditorem ad alterius correi instantiam contra correum obligatum principaliter sumptibus ipsius, qui promiserat pro alio per *tex. in l. vnde quæritur ff. commodat.* qui *text.* habet locum in omnibus duobus reis per *Glos. & Doctor. ibi*, vt dicit *Minadous* in principio huius decis. Adde quod est inter *Doctores* regula communiter recepta, vt quando sunt duo obligati insolidum, & vnus eorum conueniatur, & doceat pecuniam, & rei vtilitatem ad ipsorum alterum peruenisse, & petit, vt ille prius excutiatur proprijs sumptibus ipsius petentis audiendus est, & interim ab Iudicij obseruatione liberandus, vt dicunt *Bart. Bald. & omnes Doctores in dicta l. vnde quæritur*, & idem dicunt *Bart. in l. 1. Cod. de duobus reis, & in consil. 43. lib. 2. Salyc. in Auth. hoc ita Cod. de duobus reis*; *Roman. consil. 114. Anania in consil. 61.* vbi *Bologn.* & hoc procedit siue tota vtilitas, vel pecunia ad eorum vnum peruenerit siue pars *l. quæ de tota ff. de rei vendic. Bart. & Anania, & Bologn. in consil. allegat. & Imola in l. reos ff. de duobus reis.*

2 In quantum verò dicit *Minadous* ad instantiam creditorum esse faciendam excussionem, Adde quod per creditorem est facienda excussio, & non per debitorem, quia ita intelligit *text. in d. l. vnde queritur Castrens. ibi* dum dicit *text.* paratus conueniri, & non conuenire, & ita *Doctores* communiter approbant, vt legatur conuenire, & *Franch. decis. Minad.* sequitur *Pellic. in cap. 7. ad Consuet. Auers.*

Et quia dicit *Minadous* sumptibus ipsius correi. Quæro an tali casu debeat fieri depositum pro expensis dictæ excussionis? dicit *Paul. de Castro in d. l. vnde quæritur* ipsum alias seruasse, vt fieret depositū, à quo recessit Collector decisionum *Rotæ Genuæ in decis. 90.* in terminis *in fine*. Quia nec vllus *Doctor* hoc affirmat & *Paul. de Castro* fecit ad cautelam.

3 Ex quod excussio non habeat locum inter mercatores, dicunt *Iason in §. si quis in fraudem institut. de actio. Thesaur. decis. 166. Boer. decis. 221. Andreas Gail. obseruat. 29. lib. 2. Menoch. de Arbitrar. q. 51. Ludou. decis. Perus. 45.* Quia inter mercatores proceditur de bono, & æquo, vnde nō habet locum excussio propter fidem præcipuam, quæ exigitur inter mercatores, inter quos etiam pactum nudum obtinet vim stipulationis; hæc enim exceptio est de subtilitate, & apicibus iuris *Marsil. in rubric. ff. de fideiuss. Alex. in l. Iurisgentium §. sed cum nulla ff. mandati* vbi *Bart. Alex. consil. 110. vol. 6.* Et dixi ego in additionibus meis ad decisionem *Capyc. 54.* vbi etiam latè quando locum non habet excussio.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Interesse alterius interesse an debeatur, & an vsuræ, & interesse sint idem.*
Fuluius Constantius laudatur ibidem.
2 *Interesse alterius interesse quando debetur.*
3 *Procurator exigens vsuras, an teneatur ad illarum interesse, & quid in tutore num. 4. & quid in curatore num. 5.*
6 *Interesse annuorum introituum in tempore non solutorum an debeatur interesse, & ad quam rationem.*
7 *Interesse alterius interesse quando debeatur remissiuè.*

DECISIO XVII.

1 DIcit *Minadous* in hac *decis. nu. 1.* quod cùm dependat interesse ab interesse nō debet consequi aliud interesse, per *text. in l. improbum. Cod. ex quibus caus. iniur. irrogatur.* Adde quod licet *text.* loquatur de vsuris vsurarum. Idem tamen est dicendum de interesse alterius interesse, quia videmus semper argui de vsuris ad interesse. Vnde applicantur leges Codicis, & Digestorum de vsuris ad interesse, & vsuras ad interesse æquiparauit *Glos. in l. 2. §. grauiff. de administrat. rer. ad Ciuit. pertinent. & eadem Glos. in l. saccum ff. pro socio* exponit vsuras, idest interesse, & vsuras cum interesse æquiparauit *Ruin. in consil. 55. vol. 2.* & quod interesse alterius interesse non debeatur æquiparando vsuras ad interesse tenuit *Decius in cap. cum venerabilis de except.* quia cùm à remotis veniat tale interesse non debetur, *l. si sterili §. cùm per venditorem ff. de action. empt.* & facit etiam *text. in l. Neratius §. si seruo ff. de seru. corrupt.* & esset illud protrahere in infinitum, quod est prohibitum *l. vnica Cod. de sentent.* & idem tenuit *Ruin. consil. 55. lib. 2.* & licet *Cagnol. in d. l. vnica* tenuerit contrarium ex rationibus per eum allatis, ipsis tamen respondet egregiè *Bolognet. ibidem*, & dicit opinionem *Decij, & Ruin.* esse magis communem, & saniorem, & contrariam esse periculosam. Immò idem *Cagnolus* dicit opinionem illam contra-

com-

Digitized by Google

communem rigorem præseferre, licet viderit sic iudicatum per Senatum Mantuanum, quem sequitur *Bursat. consil. 68. volum. 1.* qui dicit sic obtinuisse in Rota Mantuana, & interesse alterius interesse non deberi, tenuerunt etiam *Ant. Gabriel. commun. opin. lib. 3. tit. de solut. Bonifac. Rogerius consil 60. volum. 1. Io. Baptista Lupus in tract. de vsur. comment. 1. §. 6. Stracca in tract. de mercat. in tit. de contract. mercat. Caphal. consil. 85. lib. 1. & Rebuff. in l. vnica Cod. de sent. quæ pro eo quod interest*, & secundum hanc opinionem, quæ communis est, vt dixit *Bolognet.* Iudicauit Sacrum Consilium, vt vides ex hac decisione, quam posuit hic in fine *Minadous* in causa Vniuersitatis Nuceriæ, licet dicat *in fine* fuisse absolutam Vniuersitatem illam tamquã debitis multis implicitam, quam decisionem hic per *Minadoum* relatã sequutum fuit idem Sacrum Consilium Neapolitanum interesse alterius interesse non deberi, vt differit *Præses de Franch. in decis. 254.* relata hac *decis. Minadoi* semper tamen iudicauimus in Sacro Consilio interesse prædictum non deberi, & sic in dies absque difficultate facimus, licet ipse *Præses* tamquam Aduocatus olim consuluisset deberi tale interesse in causa Comitissæ Palenæ, ex *Cagnolo loco citato*, & ex eo quod fructuum appellatione venit, & quod fructus fructuum peti possunt: & si causa illa non fuerat decisa, pro qua ipse consuluit, & *Præsidem* sequitur *Menoch. casu 119. in nouiss. addit.* & secundum hanc decisionem *Minadoi*, & alias decisio. Sacri Consilij iudicauit etiam *Rota Genuæ*, vt in *decis. 89.* & sequitur *Iureconsul. Graul. 69. Menoch. loco citato. Matthæus in suis Senatus. 8. Morot. cons. 65. Marth. in vot. 165.* & in tantum est vera conclusio prædicta vsuras vsurarum non deberi, vt ex hoc *Fulvius Constantius Marchio Corleti*, quem numquam satis laudatum, & meritissimum, & dignissimum Regentem vocauit, & olim Regij Consiliarij Nicolai Frãcisci Constantij sua tẽpestate celeberrimi meritissimum filium, & hæredem, qui non minus animi virtutum, quam fortunæ bonorum patris excellentiam superauit, qui ob eius iuuenilem ætatem in tam magno Magistratu Regentis supremi Italiæ Consilij apud Cattolicã maiestatem senilem prudentiam exhibuit, vt dixit *Consil. Rouit. de cess. bonor. pragmat. 3. & pragmat. 1. de sindicat. offic. & pragm. 19. de baron.* vt ex hoc illationem fecerit, vt sicut vsuræ vsurariorum non debentur, ità etiam non debeantur vsuræ pœnarum, tàm legalium, quàm conuentionalium *in suis Comentarijs super tribus vltimis libris Codicis* post hæc mea scripta impressis in *l. 3. Cod. de fiscalibus vsuris lib. 10.* vbi vsuras duplicati releuij non deberi, quia duplicatio illa pœna erat, dicebat in *dictis suis Comentarijs*, quos elegantissimos, & copiosissimos vocauit *Regens Tapia Marchio Belmontis in sua decis. 23. supremi Italiæ Senatus*, vbi etiam dictum *Regentem Constant.* vocat peritissimum, ac omnium virtutum genere ornatissimum, de cuius *Commentarijs Regentis Constantij* dixit olim Regiæ Cameræ *Præsidens Anellus Amatus* post eius *Consilium 100.* ardemus omnes desiderio, atque incredibili auiditate expectamus, quos diuturnis, maximisque operis adornauit, & eum vocat iuris, Iustitiæque Consultissimum Regiæ Cancellariæ Regentem Decanum, in quo Magistratu summa integritas cum doctrinarum omnium scientia, familiæ nobilitas cum rarissima prudentia, singularis amplitudo cum eximio virtutum decore, inuicta cõstantia cum fortunæ felicitate concertat.

2 Tu tamen limita hanc decisionem, & omnes alias decisiones Sacri Consilij, & tenentium hãc opinionem interesse non debere alterius interesse, procedere in vno, eodemque debitore, sed quando aliquis pro alio debitum soluisset debitũ, & interesse, & postea repetit ab eo pro quo soluit, tunc etiam respectu huius interesse soluti debetur aliud interesse; quia totius quãtitatis solutæ debetur interesse, nã quoad soluentem pro capitali, & interesse solutum tertio fors est, *l. si prior §. 1. ff. qui poti. in pignor. & in l. 1. glos. in verbo vsurarium Cod. de dolo*, & ità fuit iudicatum in eodem Sacro Neapolitano Consilio, vt per eumdem *Præsidem de Franchis in dicta decis. 254.* quia cum vsuræ, seu interesse fors efficiuntur, ipsarum etiam debetur interesse sortis, quando debentur principaliter *Milanens. dicta decis. 8.* de quo vide *Vrsill. ad decis. Afflict. 291.* quod duobus modis contingere poterit, vel quando aliquis in suos vsus vsuras conuertit, quas recepit alterius, vel cum eidem cum sorte pro alio dantur ad quem spectant; quia hoc etiam casu fors efficiuntur, *l. qui negotiationem §. 1. & §. final. ff. de administ. tutor.* vt declarat veram sumendam conclusionem, iuribus per eum allatis doctissimus Consiliarius *de Anna in consil. 48.* qui materiam
3 hanc per totum excutit; vbi infert, quod si procurator exigit vsuras, & in suos vsus conuertit tenetur ad interesse earum, quia sunt effectę fors, *l idem §. denique ff. mandat.* & tutor,
4 vel curator vsuras pupillorum exactas in suos vsus conuertentes tenentur ad earum interesse *l. tutor qui repertorių §. si quas ff. de administrat. tutor.* & si pecuniæ pupillaris vsuras curatori
5 dedit, ipsarum vsuras curator præstabit, quia quoad eum pro sorte habetur, *d. l. qui negotiationem.* Vndè ex supradictis patet bene solere Sacrum Regium Consilium Neapolitanum
6 condemnare morosos debitores ad interesse annuorum introituum in tempore non solutorum; quia introitus prædicti non accessoriè, sed principaliter debentur, & fuit interesse, hoc liquidatum tempore *Præsidis de Franchis*, vt per eum in *d. decis. 254. in fine*, ad rationem septem pro centenario, licet *Bolognet. in l. vnica Cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest* in verba aliqua prorumperit contra Sacrũ Neapolitanum Consilium, dùm suam volebat confirmare voluntatem, interesse alterius interesse non deberi, & *Anna in singul. 261.* dicit vidisse liquidari hoc interesse ad rationem decem pro centenario, in causa Vincentij Filingerij cum Federico Pannono, & ad rationem quinque pro centenario in causa Henrichettæ Sanseuerinæ

Digitized by Google

seuerinæ cum Comite Alipharum, & in causa Franciscæ Spinellæ cum Comite Palenæ, & vide *Lanar. cons. 79. Galter. de tutel. fol. 342. Lupum de vsur. comment. 2 §. 2. fol. 67. Vrsill. ad decis. Aff.*
7 *lic. 291.* & quando debeatur interesse alterius interesse vide *Cartar. decis. 38. Canalcan. decis. Fuiz an. 3. part. 3. Peregrin. cons. 100. Morot. respons. 65. Rauden. de Analog. lib. 1. casu 2. Costam in tract. de ratione ratæ q. 142. Surd. decis. Mantuæ* 88. & interesse alterius interesse non debetur, quia cùm primum interesse ratione lucri cessantis sorti accedit, deberi non potest interesse secundarium, quia accessio accessionis non datur *l. neque eorum ff. de vsur.* vbi *glos. & Bal.* hinc videmus fructus fructuum legitimè non dari, vt per *Cæpha. cõs. 85.* sicut nec officiũ officij *Bal. in l. 1. Cod. de fruc. & lit. expensis*, nec lucrum de lucro *Corne. cons. 240. lib. 3.* & sic de similibus, vbi autem lucrum non est accessoriũ, sed principale, vt in lucro ad te ex societate spectante, & quia æquum est, vt lucrum sibi pariat. *l. Socium, qui in eo vbi Alberic. ff. pro socio*, Et de cambijs, & recambijs promissis vide *decis. Rotæ Genuæ 134.* an veniat interesse primum secundum, tertium, & vlterius, & quod debitor qui vinum promissum non restituit, aut frumentum debitum, qui respectu lucri cessantis in re debita quanti plurimi tenetur vt *ff. si cert. pet. l. vinum* non teneretur attamen ad secundarium interesse, & si pretium illud inuestisset ad frumenti, vel alterius negotiationis emptionem, ex quibus fuisset lucratus, abiret enim tunc res in infinitum *Stracca de contrac. mercat. & Dec. in c. cum venerabilis de exception.* an autem in interesse lucri cessantis, pacto cessante moderetur interesse in primo interesse primi anni, an vero multiplicetur interesse quotannis retinuerit debitam pecuniam, pro affirmatiua tenuit *Cagnol. in l. vnica Cod. de sentent. pro eo quod interest*, & ita refert se ipsũ practicasse, & obtinuisse, & dicit etiam in *l. curabit. C. de actio. empt.* Sicut etiã obtinuit *Bursat.* vt ipse dicit in *cons. 68.* & ita sensisse vidit Peritissimum Iurisconsultum dicit nouiter *Peregrinus in cons. 85. vol. 3.* contra *Curtium Iuniorem in d. l. vnica*, qui tenuit pro negatiua opinione vt *ibi* per eos.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio concessa in Vassallos non circumscripto territorio, an faciat, vt horũ dñs de eis cognoscat, etiam si deliquerint extra territorium.*
2 *Et an casu isto dicatur haberi pleniorem iurisdictionem per tales Barones.*
3 *Et an tali casu videatur concessa iurisdictio priuatiuè, vel cumulatiuè.*
Et an casu isto habeat locum præuentio.

DECISIO XVIII.

1 DIcit in hac *decisione 18. Minadous* noster, quod iurisdictione in Vassallos concessa, nulla facta territorij circumscriptione delinquentibus Vassallis extra territorium, etiam si fuerit per Regiam Curiam præuentum, etiam carcerando, vt ad Baronem fiat remissio: secus autem si sit Iurisdictio circumscripta territorio, Adde quod nouissime sequitur hanc decisionem *Minadoi Balzaran. in constit. iustitia. non per Kalendas, Capiblanc. in pragm. 8. de baron. part. 1.* exemplificans in Castro Belmontis sito in hac Prouincia Calabriæ, de quo meminit *Præses de Franchis decis. 22.*

2 Quia tunc dicit stare iurisdictionem in vassallos, vnde videtur plenior, Quia ex hoc eorum Barones prætendunt vassallorum remissiones quocumque loco deliquerint, cùm stet in personis iurisdictio, & ante eum *Foller. in pract. in verb. audiantur excus. in fine in impressis manno 1582.* affert decisionem in causa Baronis Casalis Vallis baroniæ Silenti, ad quem fuit remissus Iacobus Græcus eius vassallus, qui deliquerat extra dictum Casale, in territorio tamen prædictæ baroniæ Silenti, non obstante quod fuerit oppositum, quod extra Casale prędictum Vallis fuerat delictum patratum, licet enim aliquis non habeat territorium, si tamen habet potestatem in certas personas propter illas dicitur habere territorium, ex traditis per *Felin. in c. Rodulphus de rescript. & in c. licet de probat. Cassan. in consuet. Burgund. in tit. de iustices, & droicte dicilles in tit. qu territorie*; quia si hoc non esset, vtiquè iurisdictio illa esset inanis, & tantummodo sortiretur effectum in illis delictis, q̃ in ambitu murorũ Villæ, vel Castri patrarẽtur ex dictis p *Bar. in l. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic.* vt intelligit *Iacob. in l. more maiorũ ff. eod. tit.* quod Barones similes habebãt in suos Vassallos ius in toto territorio Terræ, cui subest illud territoriũ; Nã iurisdictio cohæret psonis, & nõ territorio in casu p̃dicto; *& Borrel. ad Bellugam in rubric. 28. & in rubric. 11. in §. ex quo prædiximus*: quia quando Barones habent Vassallos cum mero, & mixto imperio, & cum iurisdictione sine territorio, ita quod concessa fuerit respectu personarum, & non territorij, quia isti Barones videntur habere iurisdictionem & cognitionem in Vassallos vbicumque deliquerint, & ideo ad delicti Iudicem eo casu remissio locum non haberet, Quia si secus esset, nunquam eorum priuilegium locum haberet, cùm hæc cognitio in Vassallos sine territorio numquam haberet intentum, vti de regularibus habentibus iurisdictionem in Monaco priuatiuè ad Episcopum *Felin. in cap. pastorali de officio*
3 *ordinarij*, Et regulam illam quòd iurisdictio censetur concessa cumulatiuè, & non priuatiuè in dubio ex *l. 1. Cod. de off. præfec. Vrb. & Gramat. decis. 30.* inter ceteras limitationes limitauit ex hac decisione *Ricc. in Collectanea 392.* quando esset iurisdictio concessa non circumscripto territorio, quia tunc etiam priuatiuè concessa censetur. Qui etiam in *collec. 48.* dicit etiam præuentione data per Regios officiales remittendos ad Barones illorum Vassallorum, qui habent Iurisdictionem in personas nullo circumscripto territorio ex decis. ista, & ità decisum fuit nouissime in anno 1625. in Sacro Neapolitano Consilio referente Regio Consiliario

Digitized by Google

liario optimo, & eruditissimo Don Gregorio de Angulo causæ commissario inter Baronem Mongrassani,& Marchionem Fuscaldi, vt vtilis Dominus iurisdictionis criminalis Mongrassani valeat cognoscere de omnibus delictis commissis, & committendis per eius Vassallos in toto territorio Sancti Marci; potest enim iurisdictio dari sine territorio. *Boer. decis.227. Præses de Franchis decis.458. Afflic. in cap. 1. de inuestit. de re alien.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Laudum nullum an sit exequendum quando dictum est de nullitate, vbi quid si fuerit nullitatibus renunciatum.*
2 *Laudum nullum an possit emologari.*
3 *Laudi nullitas ex defectu potestatis, an possit allegari si fuit renunciatum iuri dicendi de nullitate.*
4 *Laudum an possit reduci ad arbitrium boni viri si fuerit huic exceptioni renunciatum.*

DECISIO XIX.

QVod laudum non exequatur si fuit dictum de nullitate, etiam quod in compromisso fuerit nullitatibus renunciatum, vt fuit decisũ teste nostro *Minadoo* in hac sua *decis. xix.* Adde quod *Alex. in cons. 96. vol. 6.* tenet posse exequi, *& Angel. in cons. 200. in fine*, & semper laudum hoc exequi vidit *Io. Vincentius de Anna* celeberrimus olim Aduocatus Neapolitanus vt ipse dicit in suo *singulari 299.* Quem sequitur *Consiliarius Rouit. in prag. 2. de Arbitris* ad quod allegat *Barz. decis. 112. & 87. & Pacia. in cons. 162.* & dixit etiam idem *Anna in repetit. constit. Regni constitutionem Diuæ memoriæ, & in dicto singul.* mentionem facit de hac decisione, quam dicit post illa sua scripta superuenisse hunc nostrum *Minadoum*, qui in hac decisione dicit, laudum nullum non esse exequendum, de qua materia dixit etiam *Marta in suo voto 163.* & nouissime in *tracta. de iurisdic. part. 4. casu 150. Regens Marchio Tapia in prag. 2. de Arbitris* de hac decis. meminit, & illius affert rationem quòd sententia lata contra ius litigatoris non valet, ex *Io. Arnono singul. 83.* ex qua ratione dicit fundari hanc decisionem, & de statuto Mediolani, vt non possit appellari à laudo cum aliquibus modificationibus, vt in *statuto cap. 116.* Vbi *Carpan.* nec mirum si non debet exequi laudum nullum, quia laudum nullum non dicitur laudum *Dec. cons. 475. Corneus cons. 142. vol. 4. Gratia. decis. 6.* etiam si fuerit renunciatum nullitatibus, vt per *Minadoum* hic qui allegat *Specul. & Alex.* qui hoc non dicunt ibi, quia potest dici de nullitate etiam prohibente statuto dicendi de nullitate *Dec. cõs. 434.*

Et an laudum nullum possit exequi parte non citata vide *Abbat. cons. 282. vol. 2.* quem sequitur *Cons. Rouit. in rubric. de Arbitris.* An
2 autem laudum nullum possit emologari vt laudum dixit *Bal. in tit. de pace Constant. vers. pactiones* quod non, & *Gozad. cõs. 98. Dec. in l. quod initio ff de regul. iur. & Bal. in l. si vxorem Cod. de condit. institut. Abb. in c. examinata de confirmat. vtili, vel inut.* Sed quod possit ratificari vt in vim pacti valeat dicunt *Afflic. in dec. 118. & 132. & Io. Vincen. de Anna in dicta Constit.* de qua materia vide *Bursat. cons. 176. vol. 2. Menoch. cons. primo vol. 1. Ant. Gabriel. lib. 2. comm. opin. in tit. de senten. concl. 2.* & declara vt per *Manticam de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. Barz. decis. 21.*

3 An autem si fuerit renunciatum iuri dicendi de nullitate laudi, possit allegari nullitas ex defectu potestatis iudicandi, dic quod sic secundum *Glos.* singularem in *clem. vnica de sequestrat. poss.* & licet in contrariũ videatur *Glos. in clem. 1. de re iudic. in verbo pendere, Glos.* istas concordauit *Alex. in l. de pupillo §. quis opus ff. de noui operis nunciat.* vbi sequitur *Glos. in d. clem. vnica.* Et laudum nullum fuit declaratum, quando in compromisso de re feudali non fuit impetratus Regius assensus, quia debet in compromisso interuenire Regius assensus, non in laudo indè proferendo *Afflic. decis. 285* & dixi ego superius *decis. 3.* sed hoc obseruatur vt ante prolationem laudi ostendatur vni ex Regentibus Regiam Cancellariam dicit *Loffred. in l. imperialem de prohib. feu alien. per Frideric. in vers. compromissum*, & sequitur nouiter *Bambac. in cap. si Vassallus in tit. si de feudo def. fuer. controu.* vbi dicit ita pluries conclusum, & practicatum vidisse, de quo remitto me ad ea quæ dixi superius in *decisione 3. num. 3.* & nullitates in laudo consuluit esse *Anna consilio 75.* quando facto compromisso per duos menses cum potestate prorogandi fuit facta prorogatio per sex menses, & quia prorogationes non fuerunt partibus intimatæ, Intrigliol. singu. 197. lib..... & sequitur *Consiliar. Rouitus in rubric. de Arbitris*, declarando vt per *Costam. de fact. scient. & ignor.* & nullum esse laudum prolatum per Religiosum electum in arbitrũ quando debebat absque sententia partes componere, & per viam decreti laudum protulit, fuit decisum Neapoli in causa Ioannis Mariæ Scottæ *Consiliarius Rouitus in prag. rubric. de Arbitris*: & laudum nullum respectu vnius, erit nullum etiam quoad alios, licet nullitas respiciat vnius personam tantum, *Paul. de Castro cõs. 182. vol. 2.* de quo vide *Consi. Rouit. in d. prag. 2.* Et an laudum sit nullum si fiat parte non citata, vel factum in quo non fuit compromissũ, & an in preiuditium transactionis, vide *Annam allegat 99. tom. 2.* Et dicitur etiam laudum nullum si fuit datus terminus ad apocam conuincendum, non decisis omnibus differentijs compromissis, nec publicatum arbitratore præsente *Intrigliol. singul. 23. & Præses de Franchis decis. 354.* sicut est etiam nullum laudum quando latum est eadem die compromissi *Thesaur. decis. 253.* & nullum est laudum quando Arbitri in summa discordant vt in *decis. Rotæ Roman. i. in tit. de Arbitris in antiquioribus*: sic etiam nullum dicitur laudum quando non apparet de compromisso nisi partibus præsentibus fuerit

exequutio-

Digitized by Google

exequutioni de mandatum *Gratian. dec. 64* & est etiam laudum nullum quoad omnia si differentias omnes non decidit Arbiter. *l. quid tamen. cum g'. d. recep. Arbit. Præses de Franc. dec. 354.* Quia debet imponere finem totæ controversiæ, *l. certè ff. eodem.* Nam non debet claudicare laudum *Corn. cons. 49. lib. 2.* In qua *decis. Præsidis* etiam habetur, nullum etiam esse laudum si latum sit extra tempus, & est etiam nullum laudum latum extra compromissum *Gratian. decis. 6.* Siue quando latum est vltra compromissum *Maria decis. Pisana 46.* Quia laudum latum extra potestatem non valet *Vivius decis. 473. est tex. in l non distinguemus §. de officio de recept. arbitr. Menoch. cons. 523. lib. 6. Magon. dec. Luc. 98.* Sicut est etiã nullum laudum super iurisdictionis confinibus latum in vim compromissi à vasallis facti *Mariba decis. Pisana 163.* sicut est etiam nullum quando aliquis tenetur de iure pronunciare, & pronunciat contra ius *Blanc de compromiss quæs 6 princip.* Vbi merito dixit *Rolandus* laudum nullum nullam operam efficit *in cons. 76. vol. 1.* Et ideo laudum nullum non continetur sub statuto disponente de laudo, *Magon decis. Luc 98.* Vnde rei iudicatæ nullam parit exceptionem laudum nullum, nec transit vmquam in iudicatum nec vllum afferet præiudicium *Honded. cons. 79. lib. 1.*

4 Quid autem dicendum si in compromisso fuerit arbitrio boni viri renunciatum reductioni etiam cum iuramento, etiam ex capite enormis, vel enormissimæ læsionis, an hoc non obstante possit reductio ad Arbitrium boni viri peti? & quod sic dicit *Bart. in l. societatem §. arbitrorum ff pro soc. & Abbas in cap. quinta vallis de iure iuran. col. 12.* qui dicit hanc esse communem opinionem, & idem tenuit *Dec. cons. 59. Soccin. cons. 220 3 & 4. vol.* & dicit in terminis *Bal. in l penult. Cod. de Arbit. in 1. & 2. col.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Fructus hæreditarij feudi, an possint exequi ad instantiam creditoris feudatarij defuncti contra eius hæredes.*
2 *Hæres in feudo, an teneatur habere ratum factum defuncti.*
3 *Fructus feudi an veniant in hypotheca.*
4 *Feudum an sit hypotechatum si non adest assensus.*
5 *Defunctus an possit obligare bona hæredis.*

DECISIO XX.

1 Fructus feudi hæreditarij an possint exequi ad instantiam creditoris feudatarij mortui contra eius hæredes, vt est casus decisionis huius, non fuit decisum in hac decis. Adde tu quod potest fieri exequutio in feudo hæreditario, prout est communis forma in hoc Regno, quia sicut poterit fieri exequutio in fructibus feudi pro debito feudatarij sine Regio assensu, vt dixi superius latè in *decis. 13* ita mortuo feudatario eius filijs superstitibus, & hæredibus potest fieri exequutio, quia tunc tenetur hæres sicut debitor cuius est hæres, *Andreas in Constit. si quis post litem*, vbi *Afflic.* qui dicit ita vidisse iudicatum in Consilio.

2 Qui enim vult succedere in feudo hæreditario tenetur succedere cum illa qualitate hæreditaria, & debet esse hæres morientis necessario, vnde contra factum defuncti non potest venire. *l. cùm à matre Cod. de rei vendic. Andre. in c. 1. de alienat. feudi pater.* & hanc dixit communem opinionem *Camerar.* posse tali casu fieri executionem in fructibus hæredis mortuo debitore feudatario, & sequitur nouissime *Consiliarius Rouit. in prag. 4. de feudis, Camer. in l imperialem cart. 18. & 19* & proinde fuit decisum in Neapolitano Consilio, executionem sententiæ latæ contra defunctum fieri posse contra hæredes super fructibus prouenientibus ex feudo, *Afflic. decis. 26.* de quo non meminit hic *Minadous*, sed meminit *Maurus Iunior allegatione 46* quod intellige in feudis hæreditarijs, quia ita loquuntur omnes præallegati *Doctores*: secus verò quando feudum esset ex pacto, & prouidentia, quia non posset feudatarius de fructibus feudi vnam candelam pro anima sua relinquere, vt dicit *Andre. in c. 1 an agnatus*, licet aliud esset de vrbanitate *idem Andreas in c. imperialem*, & per consequens minimè in illis fructibus exequutio fieri posset pro obligatione defuncti *Afflict. dicta decis 26.* nàm hæres in feudo ex pacto, & prouidentia, vel mixto non tenetur ratum habere factum defuncti, *Ozasch. decis. 68. & 97. Grammat. decis. 93.* & in terminis tenuit *Frecc. in differ. 5. de differ. inter feud. hæred. & ex pacto, & provid.*

3 *Ad num 1.* Et quòd fructus feudi non veniãt in hypotheca quia numquam fuerunt defuncti, & modo sunt penes hæredem iure proprio, nam fuerunt collecti post mortem defuncti, Adde quia licet non veniant fructus ex feudo, sed ex feudo filij post patris mortem. *l finali Cod. de inoffic. test.* Nam etsi feudum est filii, non tamen illud habet nisi patris hæres esset, vt dixi superius, fructus enim feudorum vt burgensatici, vel vt futuri burgensatici considerantur non solum tempore, quo feudum fuit defuncti feudatarij, sed et donec fuerit sui hæredis *Camer in c. 1. an agnat. q. 1. fol 437.* & licet verum sit, quod fructus percepti post mortem testatoris nunquam fuerunt in bonis illius, remansit tamen ius percipiendi illos fructus in bonis testatoris *Serafin decis. 1355. Consiliarius Rouitus in d pragm 4. de feud.* quia inter duplicem modum, quo potest hæredem grauare defunctus in fructibus feudorum, vnus modus est, quia fructus feudi prouenient ex re hæreditaria, hoc est ex re, quam iure hæreditario defunctus trãsmisit ad hæredem, *Andr. in c. 1. §. quid ergo de inuestit. dere alien. fac.* quia fructus hæreditarij feudi res hæreditariæ censentur, & de eis sicut de alio patrimonio defuncti iudicatur *Vrsill. in d. decis. Affict.* post *Cassaneum*, quem ibi allegat: Vnde non mirum si fructus feudi hæreditarij in subsidium possunt capi pro debito defuncti obligantis bona sua sine assensu, *Lupus in repetit. c. per vestras de donat. inter vir.*

Digitized by Google

& vxorem fol.63. & 38. *Alex. consil.* 124. *vol.*4. & *consil.*19. *vol.*5.

4 *Ad numer. eumdem* quod feudum non sit hypothecatum, quia non aderat Regius assensus. Adde quæ dixi latè ego in materia obligationis feudorum in *Pragmat. Regni Neapolis octuaginta nouem capitum in cap.*74. vbi latè de hoc.

5 *Ad num.*3. quia dicebatur in Instrumento se hæredes, & successores, ac bona eorum omnia quasi etiam bona hæredum essent obligata vt dicit *Minadous*. Adde quod defunctus potest bona hæredum obligare, *Doctores* dicunt communiter in *l. Assiduis Cod. qui potior. in pignor. habean.* siue hæres fecisset inuentariũ iuxta *l. final. Cod. de iure deliber.* siuè non, quia non opitulatur inuentarium in re hæreditaria *Andr. in cap.*1. *an agnat.* Et hic est alius modus inter duplicem modum, quem dixi superius, quod duplici modo potest defunctus hæredes in fructibus feudi grauare, vt possit defunctus in quantum potest de iure in re hæredis grauare hæredem, *l. vnam ex familia* §. *sirem ff de legat.*3. & sicut dicebatur in instrumento in casu huius decis. de obligandis bonis hæredum, dicebatur etiam in casu *decis allegat.*26. *Afflict.* vt dicit ibi *Afflictus*, in quo casu fuit ibi decisum, sententiam latam contra defunctum posse exequi contra hæredem eius super fructibus ex ipso feudo prouenientibus, vt dixi superius.

Ego *Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.*

SVMMARIVM.

1 *Dos filiæ spuriæ an sit filiorum, vel reuertatur ad dotantem.*
Et quid si decedat spuria sine filijs.

DECISIO XXI.

1 DIcit *Minadous* in hac decisione Dominos de Cõsilio dixisse, quod in causa Io. Frãcisci Gaetani de qua in decis. fuit iudicatum in fauorem filiorum stante stipulatione, ex quo dos fuit promissa viro stipulanti pro se, & filijs ex dicto matrimonio procreandis. Adde quod causa prædicta Io. Francisc. Gaetani, de qua meminit *Minadous* in hac decisione fuit illa de qua mentionem fecit *Capyc. in dec.* 181. vbi vide quæ ego dixi super dicta decis. *Capycij*. Attamen in casu huius decisionis an dos data filiæ spuriæ à patre debeat reuerti ad hęredes dotantis post mortem spuriæ sine filijs, vel possit spuria disponere, fuit decisum quod dos reuertatur ad hæredes dotantis, quia non supererant filij ex Argentino illo, non obstante, quod dicta spuria dicti Argentini in vita disposuerit de dote prædicta.

Adde adhoc quod dos data filiæ spuriæ debeat ad hæredes dotantis peruenire vltra *Abbatem. & Bald. in l. eam quam, & Bald. Nouell.* quos allegat *Minadous*, quia idem dicunt *Lupus in repetit. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor.* §.24. *Tell. Ferdinandez. in l.*10. *Tauri. fol* 94 *Bermondus in tract. de public. concub. in verbo qui etiam filios, Vrsill. ad Afflict. decis.*99. *Ripa, & Bolognet. in l.*1. *ff solut. matrim. Maxilla ad consuet. Barensi in* §. *dos à patre profecta*, Immò fuit decisum in Sacro Consilio Neapolitano, quod etiam quod præcessisset stipulatio dotium pro spuria, & filijs, nihilominus dato excessu dabatur reuocatio contra filios in eo in quo erat excessum, *Capyc. decis.* 181. Vbi dixi ego in Additionibus meis ad decisiones *Capyc. & Præses de Franchis in decis.*283 vbi tractat de excessu dotis in filia nata ex Marchione, Capitaneo generali in fine decisionis; Quia etsi *Doctores* hincinde rem potuerint in ambiguo, & quæstionem illam an possit Pater filiam spuriam dotare, tamen in illam fuit itum sententiam (licet ius ciuile paternam detraxerit pietatem propter castitatis amorem *Bald. corsil* 456. *vol.*5.) vt possit pater filiam spuriã dotare moderate, ex æquitate iuris canonici, quo cauetur alimenta filijs spurijs præstari, & legari posse, *cap. cum haberet de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adulter. cum Glos.* quia ius Canonicum in hac parte iuris ciuilis rigorem mitigauit *Andr. Gail. obseruat* 88 *lib.*2. Quæ dos spuriæ data post eius spuriæ mortem sine filijs transit ad hæredes dotantis, vt dicit *Minadous* in hac decis. Et quod dos data spuriæ ad eius filios transeat, & non ad dotantem, vel eius hæredes, dixit idem *Præses de Franch loco citato*, & hãc decisionem sequitur nouissimè *Anellus Amatus nunc Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ in consil* 82. Vbi sic fuit decisum, dixit in causa illa pro qua consuluit, vbi similiter sequutus fuit *decisionem Præsidis de Franchis* allegatam quando filia spuria moritur cum filijs, vt illi succedant, quam distinctionem cum filijs, & sine filijs non admiserunt omnes *Doctores* in filijs non spurijs; quia & si regulariter dos profecta à patre redire debet ad patrem, iuxtà *text. in l dos à patre Cod. solut. matrim.* quem *text.* etiam procedere liberis extantibus voluit *Bulgar. & Glos in d. l. dos à patre*, quæ probat per decem alia iura, & hanc opinionem esse de iure veram dicit *Alex. in consil.* 67. *lib.*7. Et firma est conclusio de stricto iure, vt mortua filiafamilias in matrimonio ad patrem dos reuertatur, etiam liberis extantibus, tamen opinio *Martini* vt liberis extantibus non transeat dos ad dotantem, sed ad liberos fuit consuetudine approbata vsu frequenti, vt dicit eadem *Glos. in d. l. dos à patre*. Vnde remanet limitanda *d. l. dos à patre*, quæ statuit dotem à patre profectam per filiæ mortem ad patrem redire; quia non procedit filijs extantibus, tunc enim non reuertitur ad dotantem, sed remanet penes filios spuriæ secundum opinionem *Martini* superius relatam, quod procedit tàm in dote soluta, quam promissa, vt per *Thesaur. decis.*190. Intelligit tamen, vt illud quod dictum est vt dos à patre profecta transeat ad dotantem filia defuncta sine filijs, vt procedat etiam si filij matri superuixerint per tempus modicum *Gratian. decis.*235. non tamen pro-

Digitized by Google

cederet *d.l.dos à patre*, vt reuertatur ad dotantem, quando esset pactum in contrarium, vt dos spectet ad filiam in perpetuum *Guid. Pap. decis.* 147.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando, an impediat venire in obligatione bonorum generali rem prohibitam alienari.*

2 *Pactum de non alienando an impediat dominij translationem, & quando, cum numer. seqq.*

3 *Contrauenies pacto de non alienando, an teneatur ad interesse.*

Marcus Antonius Peregrinus laudatur numero præcedenti.

DECISIO XXII.

1 QVia fuit iudicatum in hac decisione, quod pactum de non alienando appositum in contractu non impedit, quin res prohibita alienari veniat sub generali obligatione bonorum præsentium, & futurorum, quæ præcedit acquisitionem rei cum illa prohibitione per ea, quæ dixerunt *Iaſ. & Socc.* vt dicit in hac sua breuissima decisione more suo breuissimo in omnibus suis decisionibus *Minadous* hic noster. Adde quod per pactum de non alienando in contractu appositum, nec etiam impeditur dominij translatio, *l. ea lege Cod. de condit. ob caus. l. si ita quis §. ea lege ff. de verbor. obligat.* & nullus *Doctorum* ab hac opinione dissentit, *Crot. in repet. §. diui l. filius familias, ff de legat. 1.* nam si fuerit expresse conuenctum de non alienando rem donatam, vel venditam, non impeditur dominij translatio in eum, cui alienatur res prohibita alienari; non tamen poterit donator ille, vel venditor à tertio possessore rem condicere, quia non potest proponi aduersus successore singulare personalis actio. *l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell.* vbi notatur, sed ipsi venditori actio ex stipulatu competit si stipulatio intercesserit aduersus donatarium, vel emptorem ad omne interesse ipsius actoris, *d. §. ea lege. Ruin. consil. 180. & 109. vol. 4. Curt Senior. consil. 12. vol. 2.* post *Ferd. Loaz, & Opiz. in d. §. diui.* Si verò stipulatio non intercessit, agendum est contra promissorem cõditione ob cautam, non autem contra tertium possessorem *dicto §. ea lege*, & conclusionem istam ampliarunt *Iason in dicto consil. 211. & Ruin. in d. consil. 109. Ferrat. caut. 48.* etiam si promissor iurauerit non alienare, quia licet ille in periurium inciderit alienans, non tamen impedit dominij translationem, & sequitur nouiter *Marcus Antonius Peregrinus* doctissimus *de fideicommiss. artic. 51.* & est communis opinio, vt per *Roland. consil. 62. lib. 2.* nisi fuerit hypothecata illa res alienari prohibita in specie *Bart. in d.l. si quis ità §. ea lege, & Iason in d. §. diui*, vbi dicit hanc communem opinionem, *Afflict. decis. 182. Morot. consil. 59. Gamma decis. 356. Magon. decis. Flor. 47. Roland. consil. 6. vol. 1. & consil. 62. vol. 2. Gratian. decis. 99.* & hæc est magis communis opinio, licet alij multi dixerint, quod sufficiat generalis hypotheca omnium bonorum, vt dicunt aliqui in *d. §. diui, & Card. Paris. consil. 100. lib. 4. Guid. Pap. consil. 569. & decis. 480. & singul. 719. Ruin. consil. 180. volum. 1. Boer. decis. 182. & alij* relati per *Becc. consil. 180. Grat. consil. 95. volum. 1. Corne. consil. 321. vol. 4.* & alij: nam veritas est non sufficere generalem hypothecam *Bartol. Loaz. Romul. Ripa, Alciat. in d. §. diui. Negusan. de pignor. in 1. membro 2. part.* & hanc dicit communem opinionem *Bart. in d. §. diui, Peregrin. cons. 102. vol. 3.* & licet aliqui limitauerint, vt per *Crot. in d. §. diui*, Quandò iuramentum interuenisset in generali obligatione, attamen quia vera est opinio, vt etiam quod instrumentum sit iuratum, & in eo sint obligata omnia bona in genere, quod non impediat translationem dominij, sed tantum quod obligatur 3 ad interesse ille, qui contrauenit, quando appareret de illo interesse, *Menoch. consil. 63. Petra de fidei. cap. 94. & Peregrin. in d. tract. cap. 42.* & hæc est communis opinio, vt requiratur eiusdē rei, quæ obligatur specialis obligatio, *l. si creditor, §. final. ff. de distract. pignor.* vt communiter concludunt *Doctores* allegati, quia obligatus non alienare ad factū re ipsa dicitur obligatus, vnde sequitur necessario, quod succedit obligatio ad interesse, *l. stipulationes non diuiduntur, ff. de rer. & verbor. obligat.* est *text. in l. ea lege, Cod. de condit. ob causam*, à qua sententia neminem diſsentire fatetur *Crot. in d. §. diui*, & hanc vocat sententiam Scribentium inexpugnabilem *Vinius in loco infernus allegat. & Surdus decis. 254.* & exemplum potest poni, si post pacta conuencta sequitur iuramentum, quo contrahens iurat esse contentum, & in aliquo non contrauenire, ita quod ad superiora pacta relatum fuit iuramentum, & post hypotheca fuit sequuta dicēte notario, vt est solitū, & pro prædictis omnibus obseruandis, & attēdendis dictæ partes obligauerunt se se, & omnia bona sua mobilia, & immobilia, & alia, quæ oriuntur tacitè de generali obligatione, iuramentum enim in vno capitulo appositum non potest repetitum videri in capitulis sequentibus, nam formalitatem verborum requirit iuramentum; non enim videtur repetitum iuramentum de vno capitulo ad aliud, nec de vno actu ad alium *Seraph. de iuram. in priuileg. 20. Dec. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur.*

4 Et si verba apposita in pacto de non alienando resolutiua contractus, videlicet quod omnes alienationes, quæ cōtra prædictum pactum fierent nullius momēti, & roboris esse censeantur, & pro non factis habeantur impediant dominij translationem, & sequuta alienatione potest res vendicari, respondet in terminis *Rolandus consil. 62. lib. 2. & Iason consil. 211.* de quo pacto loquitur etiam *Peregr. d. consil. 102. vol. 3.* non tamen verba ista, & similia semper resolutionem contractus inducunt, quia si inter easdem personas est appositum hoc pactum resolutiuum contractus in casu alienationis rei

prohibitæ

Digitized by Google

prohibitæ alienari, à principio tale pactũ venditionem resoluit, & alienationẽ inter easdem partes initam; quia tali casu respiciunt illa verba resolutiua contractum inter easdem partes; secus autem est, quando verba illa resolutiua non respiciunt contractũ prædictum inter easdem partes gestum, sed contractus cum alijs in futurum gerendos, & casu isto, vt dominij translatio impediatur, oportet, quod Iudicis decretum interponatur super pacto de non alienando, & annullatione, & irritatione contractuum qui fierent in casu contrauentionis, cum clausula quod si fiat contra pactum sit irritum, & inane, iuxtà doctrinam *Bald. in l. final. Cod. de pactis inter empt. & vend.* quam *Bald.* notissimã cautelã sequuntur alij in *d. §. diui*, vt *Crot. Loaz. & Opiz. & alij*, *Crauetta consil. 201. per text. in l. si sciens ff. de contrab. empt.* & nouiter *Peregrinus de fideicom. art. 51.* dicens *Bart.* intellexisse illam cautelam, quando pactum de non alienando fit coram Iudice, & Iudex decretum suum interponit, decernendo irritum, & inane de voluntate partium si contrafiat; intelligendo etiam iuxta *Bart.* distinctionem *in d. §. diui*, quem communiter sequuntur *Doctores ibidem Ripa. Iason, Crotus, & Alex.* qui dicunt iustam causam esse ratione prodigalitatis, dementiæ furoris, litis pendentiæ, aut suspitionis fugæ; & ideo in facti contingentia in Sacro Consilio Neapolitano cum clausula prædicta annullationis actus non fuisset inter easdem personas appositа, sed aliorum faciendorum sine Iudicis decreto, dixit nihil operari in casu illo *Præpositus de Franch. decis. 355.* & hanc distinctionem sequitur etiam *Vinius decis. 471. & Sempron. Iscia determinat. 98. Regens de Ponte Marchio Murconi in consil. 14. vol. 2.* & iuxta cautelam *Baldi* relatam refert fuisse iudicatum in Sacra Audientia Barensi idem *Vinius*, quia potest Iudex alienationem fieri prohibere, & actũ annullare, & quod spectet ad Iudicem, nemo est, qui dubitat *l. is cui ff. de verbor. obligat. l. si sciens ff. de contrahend. empt. Bart. & alij in l. qui absens, ff. de acquir. possess.* sed *Bart. in d. l. qui absens*, dat cautelam ad impediendum dominij translationem, vt promittat emptor rem nõ alienare, & si peruenerit ad aliquem alienationis actum, res, & illius dominium ad venditorem reuertatur, in quo casu emptor nomine illius se possidere constituat, & idem si dicat, si alienabit, secus si alienauerit, & nec cautela fundatur in constituto, cuius est virtus translatiuè possessionis, & dominij, *l. quod meo de acquir. possess. Card. Paris. cons. 69 lib. 3. Corneus consil. 8. lib. 2.* & tenuit *Peregr. in tract de fideicom. art. 51.* & hæc cautela *Bart.* est cõiter recepta, vt per *Ripam in d. §. diui*, & per *Alex. in d. l. qui absenti*. Quæ tamen procedunt in contractu, scilicet quando pactum de non alienando fit in contractu, secus verò si in vltima voluntate, & per testatorem, quia maxima est differentia inter prohibitiones de non alienãdo factas in vltima voluntate ab illis, quæ in contractu factæ sunt: prohibitio enim contrahentium non est tantæ potentiæ, quod nullam reddat alienationem; secus in prohibitione testatoris *Ruin. in consil. 112. vol 4. Ripa, & Iason* inter cæteros in *d. §. diui* est *text. in l ea lege Cod. de condit. ob causam*, & ità communiter tenent omnes *Doctores Gabriel. cons. 140 Peregr. de fideic art. 51. Gomez. in l. tauri 40. Natta consil 474 Iason consil. 211. Ruin. consil. 112. vol. 4.* & sequitur nouissimè *Idem de Ponte consil. allegato*. Quia per solam voluntatẽ in contractibus non transfertur dominium in paciscentem, *l. 1. Cod. ne licet ab emptio. discedere*: secus vero in testatore: *Vinius decis 471.* Statuit enim lex vt testatoris dominium transferatur sine trrditione; nõ debent enim pendere actus morientium, *l. fin. Cod. commun. præd. glos. in l. si quis rem ff. de pollicit. Ant. Faber. diffin. 1. & vltima in titulo de rebus alien. non alien.* 7 Et quid in Fisco an pactũ de non alienando impediat translationem dominij: vide *Surdum dec. 254.* & dicit *Cartar. dec. Genuæ 104.* quando vltra pactum prædictum de non alienãdo fuit alteri paciscentium reseruatũ ius in re prohibita alienari, quia tunc per alienationem non transfertur dominium, *Bart. in l. si creditor, §. final. de distract. pignor. Cardinalis Parisius* Compatritius meus *in consil. 100. vol. 4. Surdus dec. 254.* prout etiam dicit ibidem *Carthar.* non procedere regulã prædictam, quando vltra prædictum pactum partes conuenerunt, quod in casu contrauentionis res in alterum non alienantem transferatur, vt in casu illius decisionis ex eodem *Card. Paris.* 9 *& Bart. & Dec & alijs*, prout etiam limitatur quando pactum de non alienando, & hominis prohibitio concurrit cum prohibitione legis, quia tunc impeditur dominij trãslatio *Doctores* omnes *in d. §. diui*, & alij multi quos refert *Surdus in d. dec. 254.*

10 Et proinde iuridica fuit ampliatio quã feci in hac decisione de obligatione ad alienationẽ, quia cum dicitur in hac decisione, quod pactũ de non alienando non impedit, quin res prohibita alienari veniat sub obligatione bonorum, ampliaui etiam, vt nec etiam tale pactum impediat dominij translationem, & sic alienatio-
11 nem, quia aut dicimus. Aliud esse obligationem, & aliud alienationem exemplum in feudis, quia impetrato assensu super obligatione feudi non poterit feudum alienari, sicut assensus super vẽditione non trahitur ad obligationem, Auriga noster in feudis *Andr. in l. Imperialem*, vbi *Afflict.* & cæteri *Doctores*, & res emphyteutica potest obligari, *Glos. in l. final. Cod. de iure emphyteut.* & est communis opinio *Afflict. decis. 191.* sed non potest alienari inconsulto Domino, *dicta l. final.* siuè dicamus quod res prohibita obligari, censeri debet, vt sit etiam prohibita alienari, quia ab hypotheca, & obligatione sequi potest alienatio, & omnia prohibita censentur, vno prohibito, quæ ex illo prohibito consequuntur, *l. non dubium Cod. de legibus, & c. cum quid de regul. iur. lib. 6.* nulli enim dubium est, quod res obligata vendi potest, vel capi, *l. 2. & 3. ff. de pignor. act. o. Bart. in leg. quorum, ff. de pignor.* Vnde prohibita obligatione multo magis est

Digitized by Google

prohibita alienatio, *auth. multo magis Cod. de sacrosanct. Eccles.* nunquam enim fallit argumentum à minori ad maius. *Salyc. ml. 1. Cod. de iure emphyt.* Ergo licita fuit ampliatio de obligatione ad alienationem, quia eadem ratio militat in obligatione, sicut in alienatione. Immo maior ratio prohibendi in alienatione, quam in obligatione, ergo fieri debet extensio, & ampliatio, vt in proprijs terminis obligationis, & alienationis tenuit in *dicto § diui Ripa.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Lana an veniat appellatione grassiæ, & numero 4.*
2 *Vsus loquendi an, & quando attendatur.*
3 *Grassiæ appellatione, quæ contineantur.*
4 *Fruges quæ sint.*
5 *Venalia quæ sint.*

DECISIO XXIII.

1 NOn fuit decisum in causa hic relata per *Minadoum*, an appellatione grassiæ veniret lana, sed fuit dictum, quod capere etur informat o ad hoc vt ex probationibus, & vsu
2 res clarior fieret. Adde quia est de iure, vt in exaudiendis sermonibus, & legum verbis potentissimus sit vsus loquendi, *l. librorum §. quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* Immò in exaudiendis etiã Statutorum sermonibus multum operatur, *l si delanionis, § Asinam ff de*
3 *fundo instruct.* Vnde quærentibus significatũ eius, & quæ continentur sub vocabulo grassiæ, attenditur quod de consuetudine apparet, vt dicit in terminis grassiæ *Paul. de Castro in consil 40. par. 1.* Et si de consuetudine non apparet, dicendum est quod appellatione grassiæ continentur, panis, & buccellatus, ideſt biscottus, vinum, lardum, & carnes, *l. 1. Cod. de erogat. militaris anno*; & acetum, quia similiter debet mitti in campo acetum pro medietate temporis ad bibendum, triplici ratione, primo nè grauetur res publica nimium in mittendo totum vinum, vt dicit *Glosa in d. ctã l. 1.* secundo, vt se assuescant malo, & tertio nè valeant inebriari vino. *Ioannes de Platea in d. l. 1.* & omnia vsualia, quæ venduntur ad mensuram, vel pondus, *l. annonam § final. ff. de extraord crimin.* continentur & etiam Paleæ, & fœnum terræ, *l. septem diebus Cod. de erogat.*
4 *milit. annonæ.* Vnde etiam fruges appellatione grassiæ venire possunt, vt frumentum, legumina, vinum, & ligna, quæ frugum appellatione continentur tamquam fructus terræ, *l. frugem, ff de verbor. signific.* Sicut etiam venales
5 venire possunt grassiæ appellatione, quia venalia sunt illa, quæ populus ad quotidianum victum vsui iunguntur, ac largius loquendo propriè dici possunt venalia, quæ vt plurimũ tenentur ad vendendum, vt sunt redditus, & fructus ad vsum necessarij in quibus non est aliquid admixtum artificij: Vnde & coria, linum, & lana continetur, *l. fin. §. item Episcopi, ff. de muner. & honor.* Sed calciamenta, & panni lineĩ, & lanĩ quibus est admixtum artificium, potius veniunt appellatione mercium, quam venalium simplicium, argum. *l. 1. ff. de sepul. leg.* quod nomen grassiæ non meminit *Paul. de Castro loco citato* legisse in iure, quia est vocabulum introductum ab vsu loquendi.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoticæ rei alienatione facta an saluet à caducitate, clausula illa saluo assensu Domini, & non aliter nec alio modo, & quid traditione sequuta.*
Ioannes Andreas Georgius Consiliarius laudatur, ibidem.
2 *Clausula non aliter, nec alio modo, an operetur tradita possessione in alienatione rerum Ecclesiæ, & quid in feudis, num. 3.*
4 *Clausulæ non aliter, nec alio modo virtus.*
5 *Feudi differentia, & emphyteusis, num. 4.*

DECISIO XXIV.

1 FActa alienatione rei emphyteoticæ, cum protestatione saluo assensu directi Domini, nec aliter, nec alio modo, secuta traditione fuit iudicatum in Consilio, referente *Antonio Capycio* quod non incidat in commissum, licet nulla appareat alia protestatio tempore traditionis; quia protestatio censetur repetita etiam in traditione. Nam ita limitanda sunt quæ dixit *Iason in l. 2. Cod. de iure emphyt.* vt dicit *Minadous* in hac decisione.

Adde quod idem dicit *Guid. Pap. decis. 163.* & ita fuit decisum in vna Senogall. bonorum anno 1597. coram Orano, & in vna Rauennat. bonorũ anno 1597. coram Pamphilo, vt refert *Ricc. coll 868.* vbi declarat procedere, quando res tradita potest de facili recuperari, secus si esset difficilis recuperationis, vt puta Castrum esset alienatum, & traditum, quia hoc casu hæc clausula non aliter nec alio modo non operatur, quia hoc casu traditio est domino captiosa, *Idem decis. Curiæ Archiep. 29.* & hanc decisionem sequitur nouissimè *Prosper de Augustino ad Quarantam in verbo alienatio rerum Ecclesiæ.*

2 Et pro dictis hic per *Minadoum* facit illud quod dicit *Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut.* tenens, reseruationem assensus non aliter, nec alio modo, secuta reali traditione possessionis operari ad euitandum caducitatem, quando reseruatus esset assensus etiam in traditione possessionis, *& Felyn.* sequuntur *Ripa in cap. cum M. Ferrar. de const. Curt. in tractat. feudor. in par. 4. quæst. 21. Rubeus, & Bolognet. in l. non solum §. morte ff. de nou-oper. nunciat. Cotta in memor. in verbo emphyt. alienans*; quia & si communis sit opinio, & in praxi obser-

Digitized by Google

obseruatur, quod emphyteuta numquam cadat à iure suo ob alienationem sine domini interuentu, si alienando non transferat possessionem rei, vere, & actualiter, & non per constitutum secundum æquiorem opinionem, vt per *Clarum in §. emphyteusis quæst. 13. Nicol. Balb. consil. 55. volum. 2.* vel si apponat clausulam salua licentia domini, & non aliter, neq; alio modo, etiam quod actuals sequatur, & rei vera traditio, secundum communem opinionem, vt per eumdem *Clar.* præsertim vbi res esset facilis recuperationis, sed si esset res alienata in personam potentem, vel de re difficilis recuperationis, puta castro, & huiusmodi; quia tunc non obstante dicta clausula caderet à iure suo emphyteuta; & quod excuset à caducitate clausula prædicta etiam data actuali, & rei vera traditione, sequuntur communiter *Canonistæ*, & alij, vt refert *Ripa in responsa lib. 3. cap. 1.* & de communi testantur etiam *Roland. à Valle consil. 50. vol. 2. Michael. Grass. lib. 2. commun. opin. c. 2. quæst. 17. Viuius commun opin. in verbo emphyteuta*, secundum quam opinonem aliàs iudicauit Senatus Mantuanus, vt *cons. 16.* dicit *Bursatus*. Attamen hanc opinionem *Felyn* dicit dubitabilem *Dec. cons. 159. Capyc. in l. Imperialem §. callidis*, & contra opinionem *Felyni* iudicauit Consilium Neapolitanum *Grammat. decis. 49.* vt deuoluta fuisset illa pars terræ alienatæ, cum tradita fuisset possessio, non obstantibus protestationibus in instrumento factis, saluo assensu, & non aliter, nec alio modo. Secundum *Iaso.* opinionem *in l. 2. Cod. de iure emphyt.* quod emphyteuta Domino directo inrequisito rē emphyteuticam alienans etiam cum clausula saluo assensu Domini, nec aliter, nec alio modo, si postea traddit possessionem Domino inrequisito à iure suo cadit, & sequitur *Præses de Franch. decis. 267.* vbi tanto magis dixit hoc procedendum in casu illius decisionis, vbi emptor litigauit, & litigabat vsque ad sententiam, & nec restituit venditori, cui fieri debebat, etiā Domino contradicente, *Thesaur. decis. 169. & Filius quæst. forens. 24. Iffred. Balb. decis 29 & decis. Grammat* sequitur *Consiliarius* doctissimus *Io Andr. de Georg. allegat. 31. Maur. Burg. in tractat. de laudem. par. 2. inspec. 34. Magon. decis. Flor. 19. Franc. del Castillo decis. Sicul. 41. Thesaur. quæst. forens. 53. lib. 1.*; nihil enim facit reseruatio iuris Domini directi, dummodò fuerit traditio sequuta, quia est protestatio cōtraria facto, vnde magis casu isto videtur venditorem contemnere Dominum; aliud opere, & sic traditione perficiens cum aliud exprimat ore, & hæc est verior, & communior opinio *Corbulus in tractat. ex quibus caus. emphyt. privat. causa 14. de caus. priuat. ob alien.* & sequitur nouissimè *Præsidēs Regiæ Cameræ Anellus de Amato in consil. 64 decis. Grammat.* sequutus, & emphyteusim perdere absque difficultate emphyteutam alienantem cum tali protestatione, & clausula sequuta reali traditione, *Matthæus Brunus consil. 160. volum. 2. Cioffus consil. 9.* qui dicit hanc esse communem omnium Scribentium, *Riminald. Iunior. consil. 285. vol. 3.* & ita refert determinatum Idem *Viuius decis. 234.* In Regia Audientia Apuleæ inter aliquos de terra Campibaisi anno 1583. *Marta in vot. 196. Vulpell. in consil. 131.* qui tenuit contra *Bursat. & Menoch.* & si vera non est opinio *Felyn.* & aliorum, vt reseruatio assensus, & non aliter, nec alio modo, sequuta reali possessione non operatur ad euitandum caducitatem, quando esset assensus reseruatus etiam in traditione possessionis, nec est verum quod dicit *Minadous*, vt facta alienatione cum protestatione prædicta non incidat in commissum emphyteuta, licet nulla appareat alia protestatio tempore traditionis, vnde meritò dixit *Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 56.* nescire si possit in practica substineri illud, quod dicit in hac *decis 24. Minadous*, & quod in alienatione rerum Ecclesiæ, cum clausula saluo assensu Summi Pontificis, & nec aliter, &c. si fuerit possessio ante impetrationem assensus Pontificis tradita, quod incurratur in pœnas, & censuras in extrauaganti ambitiosè contentas, fuit decisum in Curia Archiepisc. Neapol. refert *Riccius decis 5.* & refert multos *Quarania in verbis alienatio rerum Ecclesiæ*.

3 Quid autem erit dicendum in feudo, an feudatarius feudum amittat, si sine Domini consensu feudum vendiderit cum dicta clausula saluo assensu Dñi, & reseruato, & non aliter, nec alio modo? dicit quod sic *Viuius in alia eius decis 231.* ex *Baldo* & hāc vocauit communem opinionem *Dec consil. 160. & Menoch consil. 2. Iul. Clar. in §. feudū Facchin. in lib. 8. controuers. iuris cap 85.* & tanto magis si fuerit possessio realis tradita *Bero. cons. 120 lib 1. Menoch. consil 2. Ant. Gamma decis. 274.* & hanc dicit communem *Dec. dicto consil. 160.* à qua non dicit recedendum esse, nec iudicando, nec consulendo, & hanc magis communem vocat *Cardinal. Paris. consil 86 lib. 1.* Et ità in practica obseruari dixit *Alciat. consil. 753* Et ita dicit decisum in Consilio Neapolitano *Grammat. decis. 99.*

Attamen in contrarium, quod hæc clausula excuset vassallum, & nō feudum amittit etiam tradita reali possessione dicit *Bald. in l. 1. qui feud dar. possunt*, & multos adducit *Dec. in consil. 1. vol. 3. Capyc. in inuestit. feud. §. feudorum alienat. Veronens. in caut. 22. Cæphal. consil. 118. vol. 1. per totum*, & hanc vocat communem opinionem *Ripa in cap. cùm M. Ferrarienſis de constitut.* & ab hac opinione non esse recedendum dicit, & hanc opinionem obseruatam esse nouissimè in Sabaudio Senatu recensēt *Gaspar. Ant. Thesaurus in suis forensibus quæstionibus lib. 1. quæst. 53. & Rub. in l non solum §. morte ff. de nou. oper. nunciat.* qui dicit etiam ita iudicatum in Sabaudiæ Audientijs, & ita dicit obtinuisse *Bursat. in consil. 26.* in Rota Mantuana, contra quem ex *Menoch consil. 38. volum. 1.* tenuit ipsis relatis *Vulpell. consil. 131.* de quo vide etiam *Marta in cons 196.* & quod per dictam clausulam nō perdat feudum alie-

nans, dicit nouissimè *Regens de Ponte Marchio Murconi in conſ. 17. vol. 2.* poſt *Andr. in c. Imperialem §. Scriba, & Paridem in tract. de reintegrat. feudorum fol. 147.* Quando enim hæc clauſula apponitur, nihil videtur actum, & dicitur traditio cõditionaliter facta, vt per aſſensũ poſtea nõ præſtitum, non vendidiſſe videatur, *l. ſi quis fundum ff. de contrab. empt.* & magis nouiſſimè poſt hæc mea ſcripta vidi *Ricc. in praxi variar. reſolut. part. 3. reſol. 512* hanc opinionem ſequẽtem, etiam reali poſſeſſione tradita, & *deciſ. 84. p. 4.* poſt hæc ſcripta ſimiliter viſa, immõ in *reſol. 512.* allegat. *Ricc.* ſubdit in patria ſua hanc receptam eſſe ſententiam, modõ infra annum poſtea recipiatur inueſtitura, vel à partibus cõtractus approbatio petatur, poſtquam eſſet ad effectum deductus, & quod circa veritatem huius opinionis ipſe ſemper tenuit veriſſimam, modõ non tranſierit in contemptum domini, ob non impetratam tempore debito confirmationem, nam qui hoc modo non vendit, dat ius vtile, quod habet reſeruato conſenſu domini, & efficitur conditionaliter venditio, quæ nulla eſt ſemper, donec approbata fuerit, & non lædit dominum ſuum, & pro iſta opinione ponderauit *tex. in l. neceſſario § quod ſi pendente*, quem ſimiliter ante eum ponderauit *Aponte conſ. 17. nu. 24.* ſicut ponderauit contemptum domini, dicens, quod alienãs, qui de iure communi feudorum perdebat feudum, non perdit per dictam clauſulam, ceſſante contemptu domini, ex *Andr. & Bald.* quos allegat, & quod remoto contemptu domini ab alienatione cum clauſula, ſaluo conſenſu domini, non aliter, nec alio modo, quod non intelligitur alienatum, & dicit *Ricc. loco cit.* quod retenta opinione prædicta, poterit colligi reſolutio quæſtionis propoſitæ in illa ſua reſolutione, in cuius initio poſuit quæſtionem, an alienans rem Eccleſiæ, cum clauſula ſaluo aſſenſu Apoſtolico, ſi poſſeſſionẽ tradit, an rem amittat vltra cenſuras, & quia quando fit alienatio, ſaluo aſſenſu domini, & non aliter, nec alio modo de iure communi, non amittitur feudum, ita pariter ſublata amiſsione, non datur in hoc Regno Neapolitano reuocatio per *Conſtitutionem* incip. *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, quæ annullat feudorum alienationes abſque aſſenſu, & tribuit facultatem reuocandi eidem venditori, quia *dicta Conſtitutio* loquitur eõ modo, quo iura communia circa ſimplicem alienationem factam abſque aſſenſu, nõ autem loquitur, quando facta eſt talis reſeruatio non aliter, nec alio modo, qui caſus non fuit prouiſus per *dictam Conſtitutionem*, & inſuper illa *Conſtitutio* loquitur, quando res eſt ad facti actum deducta, ita quod non ſtetit per venditorem dominium transferre, non autem in hac conditionali alienatione facta mediante clauſula prædicta, quod cum nihil poſſat in eſſe, non poteſt non entis reuocatio dari, quia quando dicta clauſula ponitur, nihil actum videtur, dicitur conditionaliter facta traditio, vt per aſſenſum poſtea non præſtitum, vendidiſſe non videtur, *l ſi quis fundum ff. de contrab empt.* & ſic vbi non datur amiſſio feudi, de iure communi non datur reuocatio, virtute *d. conſtitutionis*, in multis enim æquiparantur feudum, & emphyteoſis, ideo dicimus, quod licitum in emphyteoſi eſt etiam licitum in feudo, *Bal. conſ 301. lib. 1.* Hinc valet argumẽtum de feudo ad emphyteoſim Eccleſiæ, quia ſunt ſimilia, *Bald. conſ 251 lib. 2.* & allegari poſſunt textus feudales ad cauſæ emphyteoticæ deciſionem, & è contra, quando ſtatuta non videtur ratio diuerſa, *Bald. conſ. 198. l. b. 3.* & ius accreſcendi, ſicut habet locum in feudo, ſimili modo habet locum in emphyteoſi, & è contra, *Roman. conſ. 315.* & emphyteuta meliramenta perdit, quando cadit culpa ſua: ſecus ſi ſine culpa, & idẽ eſt in feudo, *Rom conſ. 166. & Caſtren conſ. 260 lib. 2.* Et ſicut emphyteuta, qui debet vti arbitrio boni viri, poteſt expelli, ſicut feudatarius ſi male verſatur, *Caldertnus conſ 309.* & ſicut feudum in tranſactione non venit, vel in generali alienatione, ita neque venit emphyteoſis, *Roman d. conſ. 166.* & ſicut feudum tranſit ſolum ad deſcendentes, & pro dictis deſcendentibus intelligitur verbum illud pro hæredibus de deſcendentibus, ita in eccleſiaſtica emphyteuſi, *Caſtrenſis conſil. 139. l. b 2.* Et quod à pari procedat feudum, & emphyteuſis dicit *Alex. conſ. 5. lib 5* Semper enim feudum, & emphyteuſis à pari procedunt, præter quam in duobus caſibus, ſcilicet, quando diuerſa ratio militat, vel aliter in iure deciſum reperitur, *Alex. conſ. 7. lib. 5.* Differt tamen in multis feudum ab emphyteuſi, quia dominus tenetur vaſſallum ratione feudi iuuare, ſecus verò ratione emphyteuſis, *Bal. conſ. 353. lib 1* vbi dicit, vtiliorem eſſe, & nobiliorem conceſſionem in feudum, quam in emphyteuſim, & feudum datum pro cenſu annuo, propter quem cenſum non ſolutum non deuoluitur, ſed emphyteuſis deuoluitur, ſecundum magis communem relatam per *Alex conſ. 5. lib. 5. conſ 9. lib. 3.* Et filiorum appellatione veniunt nepotes in conceſſione feudi, ſecus in emphyteuſi eccleſiaſtica, *Alex. conſ 17. lib. 5.* & in feudo eſt natura, quod in commodum recipientis fit principaliter, vt in perpetuum, emphyteuſis verò eſt, vt fiat ad tempus, & ad meliorãdum, *Alex. conſ. 17. lib 5.* & feudum gratis cõceditur, & in remunerationem, ſed emphyteuſis pro pẽſione certa, *Alex. conſ 136 lib 1.* & feudatarius inueſtituram tenetur petere à nouo domino, alias cadit: ſed ſecus eſt in emphyteuſi, *Caſtrenſ. conſ. 159. lib. 2.* Et emphyteuſis non probatur, niſi per ſcripturam, ſed res feudalis per ſcripturam probari poteſt, & per pares Curiæ, *Bald. conſ 215. l. b 5.* Et in feudo non habet locum læſio, quia fidelitatis iuramentum correſpondet: ſecus autem eſt in emphyteoſi, in qua datur reſtitutio ex capite læſionis, ſi modica penſio datur, *Alex. conſ. 79.* Et feudum magis accedit perſonæ, ſed magis patrimonio accedit emphyteoſis, *Alex. conſ 9 lib. 3.* Et emphyteoſis non eſt dignitatis ſpecies, prout eſt feudum, *Bald. conſ 353. lib. 1.* quia conceſſio Ciuitatis in feudum, vel Caſtri nobilitat, ſecus ſi concedatur in emphyteuſim; cuius conceſſio eſt commercium mercenarium,

& in

Digitized by Google

& in feudo fidelitas iuratur, secus autem in emphyteosi, *Castrensis conf. 129 lib 2.* Et quod non valeat argumentum inter feudum, & emphyteusim per æquipa rationem, sed à paritate rationis ex vi verborum, & concessionis, *Alex. conf. 44. lib. 1.* Et licet iura feudalia allegentur etiam ad emphyteusis decisionem, intelligendum est, quando non sunt contraria iuri communi, quia tunc non possunt allegari ad decisionem emphyteusis, *Alex. conf. 106. lib. 4.*

5 Et quod clausula ista conditionem inducat dicit *Balb. decis. 129.* & esse voluntatis limitatiuam dicit *Cardinalis Parisius* Consentinus compatritius meus *conf. 10 vol. 1.* & secundum eumdem *Cardinalem* formam inducit *conf. 19. vol. 2. Natta conf. 372. Dec. conf. 128. vol. 2. Boer. dec. 243. Bar. in l. de suis ff. de transact.* & est etiam clausula ista reseruatiua contractus; vndè operatur ac si nihil actum esset, *Boer. loco citato, Socc. conf. 251. vol. 2. Guid. Pap. decis. 163.* & de clausula ista non aliter, nec alio modo, vide *Iul. Clar. in §. emphiteusis q. 13. Nattam conf. 372. & 678. Roland. conf 63. & 180. Vrsill. in decis. Afflicti 265. Cotta in verbo emphyteuta alienans, Regentem Lanar conf. 15. Flam. Chartar. decis. Genuæ 18. Martam voto 49. Consiliarium de Georgio allegat. 31. Ricc. collect. 868. Mandos. in conf. Roman. 402. Maxill ad consuet. Bari fol. 150. Fusc. singul. 11. l. V Roland. conf. 52. vol. 2. & Borrell. de magist. edict. c. 1. lib. 4.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui se proprio nomine obligauit an possit opponere inuentarij discussionem.*
2 *Hæres promittens soluere creditoribus, vel legatarijs an de suo promisisse videatur.*
3 *Tutor obligans se proprio nomine, an valeat obligatio.*
4 *Compromissum vigore Regiæ prag. in hoc Regno an dicatur necessarium.*
5 *Decretum Iudicis an requiratur in hoc compromisso inter minores.*

DECISIO XXV.

1 DIcitur in hac *decisione XXV.* fuisse determinatum, quod hæres, qui se obligauit proprio nomine de parendo laudo, possit opponere inuentarij discussionem post laudum contra se latum, non obstante, quod in compromisso se proprio nomine obligauerit. Adde *Angel. conf. 3.* vbi dicit hæredem facientem cõpromissum non iuuari beneficio inuẽtarii, quia hæres compromittens obligatur ex persona sua, quem sequitur *Dec. conf. 301.* & sæpissime videtur in iure responsum, quod hæres compromittendo perdit beneficium inuentarij, vt præter *Dec. & Ang. locis citatis* idem consuluit *Aret. in conf. 148. Socc. conf. 160. lib. 2. Bologn. conf. 59. Dec. in auth. præterea Cod. vnde vir, & vxor. & idem Dec. in conf. 496. & 137.* quia beneficium hoc competit ex causa hęreditaria: secus ex propria obligatione hæredis, *l. si hæres pecuniam, & l. qui ita §. damnum ff. ad Trebell.* sed *Monticulus in tract. de inuentar. in 10. & vltimo cap.* dicit opinionem *Angel.* quem allegat *Minadous* hic *n. 1.* esse nimis rigorosam, & periculi plenam, dum tenet hæredem, qui se obligauit proprio nomine non posse allegare inuentarij discussionem: *Phanuc.* tamen *in tractatu de inuentario* omnibus relatis *in 6 parte, casu 7. & in tract. de lucro dotis, glos 8.* sequitur *Angel. & Corneum*, & respondet *Monticulæ, & Dilect. de arte test. caut. 9. de acq. hær.* & quod opinio contra hæredem habeat pro se plurium Doctorum auctoritates dixit *Præses de Franchis in decis. 323.* ex rationibus, & auctoritatibus per eum ibidẽ relatis; opinionem tamen *Monticulæ* dicit maximam habere æquitatem, ideo ibi reliquit hoc cogitandum, cum casus acciderit, quia licet fuerit in Sacro Consilio hoc dubitatum, non fuit aliter punctus decisus, & *Angel. in d. conf. 31. & Aret. in conf. 147. & Corn. in conf. 31. vol. 3.* refert, & sequitur etiam *Crauett. in conf. 214. & Boer. decis. 53.* & sequitur etiam *Angel. in d. conf. 31. Surdus conf. 191. & in dec. 297. & Vrsill. in dec. Afflicti 399.* vbi dicit quod tu hæres cum beneficio legis si sapis, debes diligenter aduertere, quod numquam te obliges nomine proprio, vel insolidum, vel in integro soluere promittas, nam beneficium legis perderes, in quibus vidit multos errasse, qui inconsideratè has obligationes faciunt, vt sibi contingit in causa illius de Iantella in anno 1540. attamen contra hanc decisionem *Minadoi* refert in *pragmat. Odia litium tit. de compromiss. Consiliarius Rouitus* obtinuisse in Sacro Consilio pro Marchione Oriæ contra Don Ioannem de Figueroa, Actuario Felice, quod dicit obtinuisse ex dictis per *Præsidem de Franchis in dicta decis. 323.* contra hæredem, vt teneatur etiam nomine proprio, & beneficio legis, & inuentarij iuuari non posse, vt meminit nouissime *Consiliarius Philippus Pascalis* Consentinus Compatritius meus in *tract. de virib patriæ potestatis part. 1. c. 2.* attamen in anno 1596. vt refert nouissime idem *Præses de Franchis in decis. 648. in vltima tomo*, facta mentione de dictis per eum in *dicta decis. 323.* vbi facta discussione, an hæres cum beneficio inuentarij, qui se proprio nomine obligauit, & insolidum cum bonorum sucrum obligatione legata soluere teneatur de proprio, non fuit punctus aliter decisus, sed cum postea acciderit punctus in illa decisione, vbi hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, vt dissequestrum obtineret se obligauit proprio nomine, & insolidũ cum hipotheca suorum bonorum de soluendo quicquid fuerit iudicatum, quia obtinuerunt postea creditores hæreditarij, instabant exequi contra hæredem etiam de persona, & in bonis proprijs virtute prædictæ obligationis fuit iudicatum in Sacro Neapolitano Consilio in causa Ioannis Baptistæ de Ponte, cum Caterina de Iuffredo, quod prædictus hæres non tenebatur, nisi vt hæres cum beneficio inuentarij, verum fuit prouisum, quod quando facta discussione inuentarij appareret esse penes hæredem bona hæreditaria, quod pro concurrenti quantitate

pretij

Digitized by Google

pretij bonorum prædictorum posset cõtra eum exequi de persona,& in bonis proprijs virtute obligationis prædictæ per eum factæ, quæ hoc operabitur,vt fuit dictum ita tenere hunc nostrum *Minadoum* in hac sua *decis.* 25.& quod in casu relato in dicta decis.323. esset verior opinio,quod hæres cum beneficio inuentarij proprio nomine obligatus, non tenetur, nisi quatenus vires hæreditatis non suppetunt, & pro eis etiam in bonis proprijs,& de persona poterit exequi, & hanc distinctionem facit *Bart.in l. quod nomine ff. de condit.indebiti*, & hanc dicit pulchram,& menti tenendam *Aret.in d.rubric. & Bar.in l.si prior ff solut.matr.* vbi *Paul de Castro*, & licet videatur contrarias esse decisiones Sacri Consilij,scilicet,& *dictam decisionem Præsidis* 648. & dictam decisionem relatam per *Consiliarium Rouitum*,aduertat ingeniosus,si hoc procedere possit ex factorum varietate, quia tunc solummodo videtur hæres inuentarij beneficio renunciare, quando aliquam certam quantitatem soluere promisit:secus autem quãdo hæres certam quantitatem soluere non promisit,sed illam quantitatem, ad quam tenetur, vt in casu in quo consuluit *Corneus consilio* 36 *vol* 4. & loquitur in casu quo ille Isac.obligauit se etiam tamquam principalis, & priuata persona, & alij *Doctores* sequuntur,quos refert *Phanucc.in tract.de inuentar.par.6.*& secundum hanc eandem *decis.* 648. *Præsidis de Franchis* fuit nouissimè decisum in causa Marchionis Montisfortis cum creditore eius patris, referente doctissimo, & religiosissimo Regente Io. Baptista Valenzuela, tunc Regio Consiliario Castri Capuani, vt refert nouissimè *de Thoro in compendio decis. Neapolit.* post hæc mea scripta impresso in *verbo hæres cum beneficio fol.* 253 qui tamen ibidem in fine dicit inde audiui nouissimè fuisse decisum contra decisionem dicti *Præsidis*, memoratam in causa Comitis Pacenti cum Marino Caracciolo ex persona Don Hippolyti Pappacodæ coniugis, die 24. Decembris 1617.referente in Consilio Pirro Pagano causæ Commissario, &c. sed posset responderi, quod contra *decis.* 648. dicit prædictus Author audiuisse nouissimè decisum,sed quãdo allegauit *decis. Præsidis* 648. subiungit, & nouissimè idem fuit decisum in causa Marchionis Montisfortis, & sic asseruit de decisione, & non dicit audiuisse, sicut dixit in *decis.* contra dictam *decis. Præsidis* 648. Ideo cogita,cum casus acciderit, si attendenda est decisio Præsidis 648. vel decisio allegata, referente Regio Consiliario Pirro Pagano, quam dicit audiuisse. Vnum tamen dico,quòd etiam si contrariæ essent decisio relata per *Consiliarium Rouit.*& per *Thoro* contra hæredem; nihilominus dico, illas nec procedere, quando ex illa obligatione, & proprio actu nouus induceretur actus, & contractus, vel in aliquo hæredes obligarent vltra quam prius obligati forent hæredes, & in hoc verificatur *Angel* decisio in allegat. *consil.*31. cuius opinio fuit principalis in *dec. Præsid.*233. in eius initio; ex cuius dictis dicit *Consiliarius Rouitus*, factam decisionem, quam dixit, quia cum actus nihil omnino noui inducit,nec ex eo in plus hæredes obligati fuerint inuentarij beneficium nõ cessat,vt post *Phan.in d.p.6.* dixit *Surdus dec.*132. Sed quia post hæc mea scripta fuit punctus iste decisus in Sacro Neapolitano Consilio, volui hic inserere decisionem, cuius tenor,qui sequitur est. Super dubio exorto in S.R.C. an hæres cũ beneficio legis,& inuentarij obligans pro debito defuncti proprio,priuato, & principali nomine, & super quibusuis clausulis,absq; tamen expressa renunciatione beneficij Inuentarij teneatur vltra vires hæreditarias soluere,& reficere de sua propria pecunia.

Die 16. Martij 1623. Neap. Congregato dicto S.R.C. ordine Spectabilis Io. Baptistæ Valenzuela Velasquez Regentis Regiam Cancellariam, & officium Præsidis S.C.&c. Protonotarij &c. pro decidendo dubio prædicto, interuenientibus præfato Spectabili Præside, vnà cum infrascriptis Magnificis Regiis Consiliariis, &c. Prouisum, & decretum est. hæredem cum beneficio legis, & inuentarii obligatum pro debito defuncti,etiam proprio nomine,& speciali,& insolidum, & sub quibusuis aliis clausulis, non teneri vltra vires hæreditarias, nisi expressa,& specialis renunciatio beneficij Inuentarij prædicti interueniat, vel obligatio satisfaciendi,etiam vltra vires hæreditarias,verùm facta discussione Inuetarij,exequutio fiat etiam in propriis bonis, & de persona, quatenus ad eum peruenit de bonis hæreditariis,hoc suum,&c. Valenzuela Regens Cancellariam,& officiũ Præsidis S.C.Iacobus de Franchis, Pirrus Paganus, Pomponius Saluus, Villalobos, Salinas, Patiño, Ioan.Baptista Melior, Ferdinãdus Brancia,Scipio Rouitus, Io.Franciscus Sanfelix. Octauius de Piccolellis, Camillus de Petio,Franciscus Antonius de Mercatis Secretarius. Pro qua decisione facit, quia idem *Phanucc.in dicto tract de inuent.* dicit *loco citato*, optimum esse consilium, hæredem semper specificè sibi reseruare beneficium inuentarij. Facit etiam, quia valet renunciatio facta huic beneficio, vt per *Monticul.in loco citato*,& per expressam renunciationem,& specialem huius beneficij,quæ requiritur in hac relata decisione vltima Sacri Consilij Neapol. tolluntur in hoc Regno Neapolitano quæstiones illæ de iure communi, vt si in cõtractibus dicat hæres Titius hæres cum beneficio inuentarij, an intelligatur eum velle vti beneficio prædicto,vel illi tacitè renũciasse; ita vt si verba stent demonstratiuè, non tuebitur beneficio,secus si dispositiuè,vt per *Angel. in d consil. & Iaf. in l quæ dotis ff solut. matrim.* Hinc verba repugnantia beneficio inuentarij esse dixerunt Doct.vt si iurasset promissa præstare. vel renunciasset omni legum, & statutorum auxilio, vel si hæres obligasset se insolidum soluere,vel pro obseruãtia obligasset propria bona, vt per *Riminald.cons.*584.*& Angel.* 2 *Corn.& Castrens. locis citatis*. Et quod hæres promittens soluere creditoribus, vel legatarijs, non de suo promisisse intelligatur, sed de hæreditate,si est cum beneficio legis,& inuentarij hæres,dicit *Alex.in l.à filio ff.sol.matr.Bald.in l. fin. Cod.ad l.Falcid.Boer.dec* 53. & ita tenuit *Io. Vinc.de Anna* in causa Ducissæ Populi, qui allegat

legat *Alex. & Cumanum in d. l. à filio*, & ita tenuit etiam nouissimè *Nunius Pell. in consuetud.*
3 *Auers. cap. 9* post *Ann. in sing* 234. Si tamen tutor se proprio nomine obligauerit, & tutorio nomine, quod valeat obligatio facta proprio nomine, dicit *Montanar. in pragm. 2. de administrat. Vniuers. Socc. conf. 100. lib. 3. & Costa in praxi conuen. p. 2. clauſ 56.*

4 *Ad nu. 2.* quod compromiſſum ſit neceſſarium vigore *Regiæ Pragm.* in hoc Regno, quæ incipit, *Od'a litium in tit. de Arbitris*, licet fuiſſet in caſu huius deciſ. petitum à reo, vt dicit hic *Minadous* Adde tu *Siluestr. Aldobr. in addit. ad Dec. in c. cum M. Ferrar. de conſtit. & Conſil. Rouit.* remiſſiuè in *prag. 1. de Arbitris*, vbi de hac deciſione meminit, & ſequitur quod dicit *Minadous*, vt dicatur neceſſarium compromiſſum.

5 Et in hoc compromiſſo neceſſario per tutorem facto Iudicis decretum non requiritur, ſecus verò erit dicendum in compromiſſo voluntario, vt dicit *Crot. in conſ. 154 vol. 1.* niſi ſuper re fieret, quæ alienari poſſit ſine decreto, vt dicit idem *Conſil. 1. Rouit. in d. prag. 2.*

Ad nu. 7. verſ. quia ſatis Nota ex verbis huius *Minadoi* factã eſſe *deciſionem Præſidis alleg. 648.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

DECISIO XXVI.

QVia materia huius *deciſionis 26.* eſt eadem cum materia, quæ tractatur inferius in *deciſione xxxviii* nè bis repetam idem in vtraque deciſione, vide quæ dicam inferius in *dicta deciſione xxxviii.* quia ſeruient tibi pro hac eadem deciſione, nam ſedet melius in *dicta deciſ. xxxviii.* tractare de iſta, & illa deciſione, quàm hic, ideo vide quæ dicam ibi.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione ſublata, an recurſus ſublatus etiam intelligatur, & exempla ponuntur nu. 4. & ſeq.*
2 *Appellationis remedia plura contra ſententiam.*
3 *Recurrere, & ſupplicare an idem ſint.*
6 *Banniti an appellent.*
7 *Recurſus an habeat locum in criminalibus in fiſco.*
8 *Appellatione probibita per ſtatutum, an cenſeatur probibitus recurſus.*
9 *Appellatione ſublata, an cenſeatur ſublata nullitas.*
10 *An recurſus reguletur ſecundum terminos appellationis.*

DECISIO XXVII.

1 QVod licet ſublata ſit formalitas appellationis, quæ eſt de iure ciuili, tamen quod recurſus non intelligatur ſublatus, vt dicit *Minadous* noſter in hac *deciſ. nu. 2.* Adde eumdem hunc *Minadoum* in alia eius *deciſ. 44.* dixerunt *Paris de Puteo in tract. ſyndic. in verbo appellatio, Natt. conſ. 172. vol. 1. Magon. deciſ. Luc. 37. Æmilian. conſ. 28. Io. Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 22.* quia quando appellari non poteſt, recurſus datur, reclamatio, & ſupplicatio *Gloſ.* ſingularis *in clement. 1. de iure pat. Angel. in 9. ſed iſte, inſtit. de act. Andr. Gail pract. obſer. lib. 1 obſeruat. 135. Gramm. deciſ. 25.* & ante eos *Abb. in c. 1 de reſcript.* quia naturalis defenſionis ſpecies eſt recurſus, & de commun. opinione teſtatur *Menoch lib. 1. quæſ. 70. Lancellot. de attentat. in tit. de attentat. pendẽte recurſu, c. 19.* Et quod vbi appellatio prohibetur, recurſus permittitur ad Superiores per ſupplicationis viam, dicit etiam *tex. in l. 1. Cod quando lib. Principi offeratur, & in auth. quæ ſupplicatio, Coa. de prec. Imperat. offer.* quia appellatione ſublata nõ intelligitur recurſus ſublatus, *Socc. in conſ. 39. vol. 4. et Bal. in l. edicto Cod. de edicto Diui Adriani tollend.*
2 quia plura ſunt contra ſententiam introducta remedia appellationis, primum, vt in *toto tit. ff. & Cod de appellat.* ſecundum reſtitutionis in integrum in ſuis caſibus, *l. 2. Cod. ſi aduerſus rem iudic.* tertium ſupplicationis, vt in *d. Auth. quæ ſupplicatio*, & hæc omnia diuerſa ſunt, quorum vno ſublato, aliud ſuccedit per not. in *l. ſi ſeruus ff. de ſeruit.* Et quod prohibita appellatione, non intelligatur prohibita ſupplicatio, eſt *Gloſ.* ordinaria in *c. ex literis de in integrum reſtit.*
3 quia recurrere, & ſupplicare idem eſt, & ſunt ſynonima; ſupplicatio tamẽ verbum eſt, quo Cauſidici vti in actus ſententiæ, & ea audita conſueuerunt, quia ſententia lata ij, contra quos fertur dicunt, ſupplicant, & eſt ſupplicationis interpoſitio, prout vbi poteſt appellari dicunt appellãt, & libellus ille exhibitus Principi, vel Superiori ſupplex; recurſus verò eſt actus ipſe ad effectum præſentationis Principi, vt ſupplicatio admittatur, *Ant. Sola ad conſtit. nou. Sabaud. in tit. de modo, & form. ſupplic. in verbo ricorrere, & in verbo ſupplicare*, vbi de differentijs ſupplicationis, & appellationis.

4 Hinc dicimus, & ſi à ſententia Iudicis illius, qui poteſt cauſam ſuo arbitrio determinare, de iure non liceat appellare, ſecundum *Bart. in l. 1. in fine ff. de legat. 2 Boer* qui alios refert in *deciſ. 284. Cranet conſ 78.* quia tali caſu non tenetur Iudex ille eorum, quæ egit rationem reddere, & eum nullo modo teneri in ſyndicatu, etiam ſi partes lædat, vt dicit *Marſ. in l quæſtionis ff de quæſtio.* quia qui ſuum protulit arbitrium iudicem ſolum Deum habet, *Calcan. conſ. 38.* quia hoc limitatur inter cætera, quando loco appellationis ad Superiorem habetur recurſus, *Gloſ. in c ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcript. in 6.* vt latè diſſeruit *Menoch. in tract. de Arbit. iud. quæſ. 70. cum ſeq. Grammat. deciſ. 35. Carrer. in tract. de appellat. 1. tract. §. vltimus caſus, Roland. conſil. 94. lib. 1.*

5 Sicut etiam etſi ab interloquutoria appellari ſtatutum prohibeat, non videtur prohibere recurſum ad Superiorem, *Aret. conſ. 106.* Etſi à momentaneæ poſſeſſionis ſententia lata prohibetur appellatio, non tamen ad Superiorem negatur recurſus, *Cardinalis Pariſius* Conſentinus compatritius meus in *conſ. 54. lib 3.*

6 Et recurſus remedium eſt adeo præſentaneum, quod etſi banniti appellare non poſſunt, vt per *Andr. de pac. ten. §. publici latrones, Boer. deciſ.*

Digitized by Google

decis. 284. tamen quandoque solent adire Neapolitanum Proregem in Regno isto per viam supplicationis, & recursus, per quem multoties ex æquitate petitionibus illatum grauamen amouere solitum est, vt dicit *Io Grandis de bello exul spec.* 48. & ante eum *Roman. cons.* 325.

7 Vnde licet fiscus de iure appellare possit, *l. illud la* 2. *ff. de appellat. Peregrin. de iure fisci lib.* 7. *titul.* 4. *Grammat decis.* 14. *Buiard. ad Clar. quæst.* 94. *Ioseph. Ludouic. decis. Luc.* 1. & non solum à liberatione, sed etiam à pœnæ modicitate, *Buiard. & Grammat. locis citatis*, ità quod si appellauerit reus, intelligitur etiam ipso iure adhærere appellationi, itaut possit contra eum reformari sententia in peius, *Buiard. loco citato, & Præses de Franch dec.* 467. *& dec.* 148. Si tamen accusator appellauit, & postea desistit ab appellatione Fisco non suffragatur appellatio, *Præses de Franch dec.* 658. tamen de consuetudine totius Italiæ appellare Fiscus prohibetur, *Marchesan. in tract. de commiss. par.* 2. *in commiss. appellat. cap.* 2. *Scaccia de appellat. lib.* 3 *cap.* 2. *quæst.* 7. *limit.* 49. *Ioseph. Ludouic. decis. Luc.* 1. *Clar. vbi Buiard. quæst.* 46. & de consuetudine huius Regni Neapol. dicit esse *Grammat. decis.* 14. *Præses de Franchis dicta decis.* 148. *& 467.* & si non habet appellationem Fiscus, habet tamen recursum à sententia liberatoria inspecto grauamine, si fuerit iniustum notoriè; alias non, vt per *Præsidem ibidem*, & latissimè de recursu fisci vide quæ dixi ego in *Pragmatica Neapolitana octuaginta nouem capitum in cap.* 40. vbi ad saturitatem remitto.

8 Et quando statutum, prout sunt *Ritus Regni*, & in materia recursus est *Ritus* allegatus hic per *Minadoum* appellationem reijcit, quod ad superiorem recursum non reijciat. Adde quod dixit hic idem *Minadous in constitut. Regni in aliquibus Alber. Brun. consil.* 200. *lib.* 2 & est hæc *Doctorum* communis sententia, vt per *Ruin. consil.* 177. *lib* 5. *Roland. consil.* 94. *lib.* 1. *Cardinalem Parisium in consil.* 118. *lib.* 1. & ante eos *Bald. in l. final. Cod. de tempor. appellat.* & hoc habet pro absoluto *Dec. in l final. Cod. de sentent.* & facit ad hoc, quod dicit latè *Marsil. singul.* 87. *& in l. vnica Cod. de raptor. & in pract. criminal. §. oportunè*, quos sequitur nouissimè *Farinac. in sua praxi criminali quæst.* 101. Immò si dicat statutum nullam posse contra sententiam exceptionem opponi, non videtur ad superiorem prohibitus recursus ad *text. in l. planè, & in l. final. ff. de petit. hæred.* vbi *Bald. & Angel.* & quamtis constitutio aliqua quodcumque remedium excludat, numquam recursum ad superiores excludere videtur, vt dicit *Ludou. Roman. in consil.* 325. *& text. in l.* 2. *§. si bonorum. ff. ad Tertull. & in l.* 1. *§. quantum ff. de separat. & in l.* 4 *§* 1. *ff. de fideicom. libert.* & dixi ego in *dicta pragm. Regni Neapolitani octuaginta nouem capitum in cap.* 40. vbi de hac decisione memini: benè tamen verum est illud, quod dixi per statutum prohibens appellationem non censeri prohibitum recursum, locum non habere respectu tertij, sed tantum eius, qui fuit in iudicio, & habuit sententiam in contrarium *Cancer. lib.* 2 *resolut. cap.* 3. *de instrum. Guarentig. Cardinal. Paris. consil.* 107. *lib.* 3. *Abbas, & Francus in cap. pastoralis de appellat. Rum. consil.* 109. *lib.* 1.

9 Nota tñ quod sublata appellatione, & supplicatione, est sublata nullitas, *Angelus consil.* 108. *Francus in cap. dilecti de appellat. quæst.* 49. *Abb. in cap. inter cætera de re iudic. Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. Intelligendo hoc tamen quando nullitas principaliter est proposita, secus si incidenter, & accessoriè proponitur cum appellatione, *Farinac. consil.* 86. *Honded. consil.* 27. *Zucchard. consil.* 37. hinc dixit Magnus *Præses de Franchis in decis.* 139. quod retardaret executionem sententiæ dicta nullitatis exceptio in casu irretractabilis executionis, & post eum refert alios *Viuius decis.* 494. *par.* 3. licet quando conceditur recursus donec sit inhibitum non ligantur manus Iudicis in exequendo sententiam *Maranta in pract. in titulo, & quando appellatur*, & dicit *Portol. ad Molinam in §. deputati.* quod in Aragonia dici potest de nullitate, licet non possit appellari de iniustitia sententiæ Deputatorum appellatione prohibita, quod non censeatur prohibita appellatio à sententia notoriè iniusta dicit *Natta consil.* 51. *&* 172. *Præses de Franch. dec.* 148. quia notoria iniustitia æquiparatur nullitati, *Cancer. lib.* 2, *resolut. cap.* 15. *de liter. requir.* & illa dicitur notoria iniustitia, quæ ab aliqua probabili exceptione non potest in dubium reuocari, quæ resultat ex eisdem actis, *Menoch. consil.* 345. *vol.* 4. *& Farinac. consil.* 85. & notoriam nullitatem esse quando constat ex ipsa sententia, seu actis, *Ruin. cons.* 131. *vol.* 4. quia notoria sunt, quæ per processum apparent *Morquil. in vsat. de omnibus namque communibus quæst.* 5. & de hoc verbo recursus fit mentio *in leg. eos Cod. de appellat. & in cap. licet de elect.* & ad quid fuit inuentus recursus, vide *Magon. decis. Luc.* 73.

10 Regulabitur tamen recursus iste, de quo loquitur *Minadous* hic, secundum terminos causæ appellationis cui assimilatur *Glos. in l. vnica Cod. de sent. Præfect. prætor. Corn. consil.* 188. *lib.* 4. *Francus in cap. dilectus de appellat. Capyc. in decis.* 28. Vbi ego feci additiones ad dictas decisiones *Capyc. Marsil. singul.* 88. & recursum regulari secundum quod appellatio regulatur quantum ad tempus exercitij, & terminationis eius, *Blanc. de compromiss. quæst. finali*, & differentias multas inter appellationem, & recursum ponit *Iason in l. si quis aduersus, Cod. de prec. Imperat. offerend.*

Et quando verum sit quod dixi, vt cum appellatio nõ admittatur, vt recursus ad Principem non sit prohibitus dicit *Menoch. de arbitrar. Iudic. quæst* 70. *& 72. & in l final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollendo Lancell. de attent. cap.* 19 *Benintend. decis. Bonon.* 78 *Rolan. cons.* 94. *lib.* 2. *& consil.* 38 *lib.* 2. *Farinac. quæst. ciuil. in titulo de appellat. in quæst. prohib. appellat. Contar. in l.* 1. *Cod. si de momen. possess.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad omnes actus in forma si fuerit contumax, an debeat iterum citari.*
2 *Citandus an sit iterum, qui dixit nolo comparere, vel qui cum fuit citatus ascendit equum, & secessit à longe.*
3 *Iudice mutato an debeat per successorem pars citari, & quid mortuo reo, vel actore remissiuè.*
4 *Contumax quando audiatur refectis expensis, & num. seq.*
Iulius Cæsar Imbrianus laudatur, num. 1.

DECISIO XXVIII.

1 FVit dubitatum in hac decis. si quando proceditur in contumaciam, quia facta citatione ad omnes actus in forma Sacri Consilij, & existente reo contumace, & propter absentiam vel mortem, aut impedimentum causæ Commissarij subrogatur alius Commissarius iterum monere, seù citare partem absentem, seu contumacem, vt dicit *Minadous*.

Adde quod citatus in omnibus alijs actibus, non debet ad sententiam citari, si fuit contumax *Specul. de position.* §. 8. quem sequitur. *Portius lib. 1. commun. opin conclus. 43. limit. 119* cõtumax enim habetur pro præsente, & tractatur vt præsens *Bald. in auth. qua in prouincia Cod. vbi de crimin. agi oport. Io. Baptista Costa de retroitract. cap. 2. Verall. decis. 48. lib 3.* Citatio enim ad totam causam, & vsque ad sententiam inclusiuè valet, vt ad omnes, & singulos actus, & singulis diebus, & horis, quia potest procedi absque alia citatione ad sententiam *Balb. decis. 42. Puteus decis. 282. l. b. 2. Cappella Tholos. in decis. 427. Berber. in viat. iur. par. 4. titulo de iudic. Imol. & Angel. in l qui ante Kalendas ff de verbor. obligat.* Immo sunt qui dicunt si aliquis fuerit de persona citatus, prima vice, non esse eum citandum si necessariæ sint aliæ citationes, vt per *Asinium in loco infra citando, & Innoc. in cap. ad petitionem de accus.* quod tamen verum dixerunt esse si fuerit citatus ad omnes, & singulos actus, & fuisset in contumaciam processum, vt per *Glos. Bart. & alios in l. final. ff de in integr. restit.* & disseruit etiam de citationibus istis *Præses de Franchis in loco citando*, quia effectus dictæ generalis citationis est vt seme. euocato principali non comparente per totum causæ cursum facit eum contumaciter absentẽ, qua supposita absentia quemcumque etiam præiudicialissimum actum expediri posse non dubitatur, vt dicit *Iulius Cæsar Imbrianus* Amicus meus dùm fuit Auditor in Audientia Consentiæ peritissimus Iurisconsultus in eleganti suo *tractat. de repulsa par. 2. in 9. requisit.* qui ad præsens est Auditor in prouincia Aprutij.

2 Et quod nec citandus erit qui cum fuit citatus dixit nolo comparere *l. contumacia ff. de Iudic. Arumeus decis. 11. Vigell. decis. 21. cent. 6. Afflict. in constit. edictorum post Glos. & Bart. in l. tres denunciationes Cod. quomodo, & quando Iudex*, & idem si aliquis cùm fuit citatus ascendit equum, & à longe secessit *Bald. in l. 2. cod. titulo*.

3 Et quando debeat pars citari, quando subrogatur alius Commissarius. de quo dubitatur in hac citatione. Adde quod facit illud, quod dicunt *Alex. in leg. à Diuo Pio §. in venditione de re iudic. & Bald. in l. ordo Cod. de exequut. rei iudic.* quod citatio partis requiritur quando petitur exequutio coram Iudice successore illius, qui sententiam tulit in illa causa, est *text. in l. quoties §. final. de probat.* & sequitur *Asinius in pract. §. 7. cap. 5. limit. 11.* & dicunt nostri de Regno, vt *Carauit. in ritu. 128. Afflict. in constit. incip. dilationes, & Maranta* quos sequitur nouiter *Muscatell. in sua praxi. 2. instantiæ par. 1. glos. demandatur*, vbi dicit quid mortuo actore, vel reo, & in terminis huius decisionis sequitur *Præses de Franchis dec. 457.* allegans hunc *Minadoum* nostrum, quia debet pars citari mutato Iudice etiam quando proceditur in contumaciam, & ità practicauit *Præses* tamquam successor Iudex in causa mutato Iudice in causa illorum Officialium inquisitorũ, vt in *dicta decis.* & *Minadoum* hunc sequitur etiam *Gratian. in decis. Rotæ Marchiæ 208.* licet contrarium *Balb. dec. 22.* teneat indubitanter, nàm decet coniungi factum prædecessoris cum facto successoris: ideo non requiritur noua citatio, & sequitur etiam hanc decis. *Minadoi* nouissimè *Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neap.* in qua ita fuit decisum in casu, quo Vicarius prædecessor citauit ad omnes actus prout nouus Vicarius debeat iterum citare partem absentem, & contumacem, & sequitur magis nouissimè *Regens Constantius Marchio Corleti* post hæc mea scripta impressus hoc anno 1626. in *rubr. Cod. de Iure fisci lib. 10.* allegans dictam decis. *Riccij* limitans hoc non procedere in Vicario Neap. qui ex stilo illius Curiæ non solet citare in casu prædicto, quando successit nouus Vicarius prædecessori Vicario, qui citauit modo prædicto.

4 Et in fine huius decisionis vbi dicit *Minadous*, & hoc maximè quando causa esset in terminis, in quibus posset pars contumax, refectis tamen expensis admitti ad faciendum defensiones. Adde quod tunc dicitur causam esse in terminis, quod possit contumax refectis expensis se defendere, scilicet ante litem contestatam in contumacia *Maranta in 2. mẽbro Iudicior. & Afflict. decis. 133.* & secundum *Muscatell. in sua praxi in prima instantia par. 2. in glos. veniens, & in glos. competentes*, etiam in continenti post litem contestatam ex *pragmat. incip. comparente*, vbi tamen dixit cogitandum, quia est nouiter deductum, & fautores quærit *Foller. in crimin. pract. in verb. banniantur, & Io Vincent. de Anna singul. 120. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. 136.* non enim audiatur contumax, nisi refectis expensis actori, *leg. sancimus Cod. de Iudic. vbi Bald. authent. qui semel Cod. quomodo, & quando Iudic. vbi Bart. Ioan. de Grass. in tractat. de substant. procur. Maranta in specul. part. 6. in verbo contumacia Foller. loco citato*, & in hoc Regno est *Pragmat.*

quæ

Digitized by Google

§ *quæ incip. comparente*, vbi *Scribentes* : si tamen contumax iſte refectis expenſis obtinet in cauſa, illas non recuperabit, licet condemnaretur ad expenſas victus victori *Bart. in l. ſi pignore ff. de pignor. Boer. conſ. 27. Salyc. in l. properandum Cod. de Iudic. §. ſin autem alterutra*, quas expenſas debet contumax exhibere re, & effectu, quia verbo expenſas offerre non ſufficit *Bald. in Auth. qui ſemel Cod. quomodo, & quando Iudex*, quæ in tantum vera ſunt, vt etiam fictus cõtumax expẽſas reficere debeat, *Ozaſch. deciſ. 9.* & ante eum *Alex. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. Specul. de excep. §. 3 & 4. & Iaffred. Balb. deciſ. 33.* & verus contumax dicitur, qui citatur de perſona *Maranta loco citato, Viuius deciſ. 138. Afflict. in conſtit. incip. ſi quis poſt litem* per quos dicitur etiam fictum eſſe contumacem illum, qui ad domum citatur, vt latè per *Viuium loco citato*, vbi multos alios allegat.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Mulier confeſſa in inſtrumento venditionis cum viro pecuniam peruenisſe ad eam, & ad virum, an poſsit agere ad rem venditam, & an cenſeatur verſam pecuniam in vxoris vtilitatem.*
2 *Mulier quando dicatur vna cum viro alienare.*
3 *Vxor renuncians iuribus hypothecæ ſibi competentibus ſuper bonis mariti alienantis rem eiuſdem mariti, an ſuper illis bonis poſsit habere regreſſum pro dote, & quid ſi renunciauerit cum iuramento num. 4. & quid pro antefato num. 10. Antonius Faber laudatur, ibidem num. 3.*
5 *Author quomodo iudicauit, & conſuſit ſuper iſtis renunciationibus vxoris.*
Nicolaus Franciſcus Conſtantius laudatur num. 4.
Flauius Amendola laudatur, num. 5.
Iacobus Cancerius laudatur, num. 4.
Cardinalis Pariſius laudatur, num. 4.
Antonius Theſaurus, & Hieronymus Magonius laudantur, num. 3.
Stephanus Gratianus laudatur, num. 8.
6 *Afflicti deciſio declaratur per Authorem.*
7 *Iuramentum quid operatur data læſione in vxore.*
8 *Vxor quando dicatur enormiter læſa in dote, & quando in antefato, num. 10.*
9 *Enormis læſio quæ ſit, enormiter, & enormiſsima remiſs.*
11 *Ceſſis iuribus per vxorem primis, & ſecundis emptoribus quorum ipſi vti poſſunt ceſſionibus.*

DECISIO XXIX.

MVlier quando vendidit multa bona cum viro inſolidum, & confeſſa eſt ſe pretium cũ viro recepiſſe, & ceſſit iura diuerſis emptoribus bonorum, quod primi emptores poſſint excipere de iuribus ceſſis per vxorem, non autem poſteriores, quia per ceſſionem antea factam remanent vxoris iura inania quoad tertios, vt dicit *Minadous* in hac deciſ. in initio. Adde tu in quantum loquitur de muliere venidente cum viro, & ſe recepiſſe cum viro pretium confitente, quod tali caſu non obſtante illa cõfeſſione pretij recepti poterit agere mulier ſuper bonis alienatis, quorum pretium confeſſa fuit recepiſſe in ſubſidium non exiſtentibus alijs bonis mariti, *Vrſill. deciſ. 209.* vnquam enim talis confeſſio mulieri præiudicat repetendo dotes, niſi doceatur quod medietas pretij ſit in mulieris vtilitatem conuerſa, *Speculator in titulo de obligat. & ſolut. §. ante omnia, Viuius in lib. commun. opin. in 483. opin. Fabianus in tractat. de empt. & vend. quæſt. 38. 3. part. principali Tiraquell. lib. retract. §. 31. Cotta in verbo Mulier, Gamma dec. 227.* Et propter viri eminentiam, & authoritatem in vxorem præſumitur ad virum pretium deueniſſe, *Afflict. deciſ. 209. Maur. Sen. allegat. 47. Cardinal. Tuſchus concluſ. 391. in verbo vxor. Marius Muta ad conſuet. Panormitan. cap. 80. Præſes de Franchis deciſ. 474.* & ſic peruenta pecunia ad virum fit interceditrix, & reſoluitur in fideiuſſionem, & iuuatur Velleiano *Auth. ſi qua mulier Cod. ad Velleian.* præſumitur enim confeſsionem iſtam factam fuiſſe in præiudicium legis, & mulierem adhibitam, vt pro viro fideiuberet. *Franciſcus March. quæſt. 508. Abb. conſil. 44. lib. 1.* poſt *Doctores in d. Auth. ſi qua mulier*; & nec ſufficit ſi fatetur mulier quod in ſui vtilitatem conuerſa eſt pecunia, ſed oportet clarè conſtare ad eam peruenisſe; Immo mulierem alienante cum viro ſi promittant euictionem, & bona euincantur, excluditur emptor ſi agit pro euictione ſuper alijs bonis viri, ne mulier in totum, vel in parte remaneat indotata, dixit olim *Regius Conſiliarius de Bottis in conſuet. Neapol. incip. ſed ſi mulier*, & in tantum eſt vera, & communis hæc opinio, mulierem in aliquo non teneri, niſi in quantum probabitur ad eam peruenisſe, vt ab ea recedere eſſet temerarium, vt dicit *Crauetta conſil. 91. Menoch. de præſumpt. in præſumpt. 22. lib. 3.* & procedit etiam ſi vxor iurauerit, vt per *Menoch. eundem ibidem, Gutierez de iuram. confirmat. part. 1. cap. 1.* & alij multi quos refert *Gomes in l. 51. Tauri. Martha de Iuriſd. par. 4. caſu 159.*

2 Et mulier dicitur alienare vna & ſimul cum viro, etiam ſi fiat diuerſis temporibus, & ſcripturis, & locis, ſi fiant omnia ad vnam operationem, & effectum §. 1. *in auth. de mandat. princ.* vndè dicetur mulierem alienare cum viro etiamſi per diuerſa inſtrumenta appareat quod alienet bona viri, & diuerſo loco, & tempore, quia dicitur cum viro alienare *Neapodan. in conſuet. ſed ſi mulier*, vt quando ratificat venditionem mariti primo loco factam, licet videretur dicendum quod tunc dicitur alienare cum viro, quando eodem tempore, & eodem contractu alienauit bona, *l. Lucius, §. ſi quis, ff. de legat. 1.* cum concordantibus adductis per *Neapodan. loco citato*.

3 In quantum vero ad illud quod in eodem principio huius deciſionis tangit *Minadous* de ceſsione iurium, quam facit vxor vendens cum marito rem mariti ſibi obligatam pro dotibus; Adde quod vxor renunciãs ſua iura, & cedens

in

in contractu per virum celebrato, potest habere recursum ad alia bona viri, exclusis bonis, super quibus renunciauit in fauorem illius, qui cum viro contraxit, super quibus etiam bonis renunciatis habebit recursum in subsidium, non extantibus bonis alijs, & viro non existente soluendo, *Præses de Franch. dec. 77.* vbi etiam quod dictum fuisset pecuniam peruentam ad vxorē, & *Nuntius Pellic. in consuet. Auers. cap. 9. Ant. Thesaur.* vir doctissimus in *dec. 223. & Hieron. Magonius* eruditissimus in *decis. Lucens. 55. Florent. 68.* & non existentibus alijs bonis, si existat alter correus obligatus, potest vxor agere contra correum, idem *Afflict. dec. 312. Battaglin. in Auth. sine à me, Cod. ad Velleian. Cardin. Parisius in cons. 120. vol. 1* & illud, quod dicitur existentibus alijs bonis, intelligitur, vt bona supersint etiam tempore, quo agitur ad restitutionē dotis, *Affl. dec. 313. & Thesaur. dec. 223. & Magon. dec. Flor. 68. Cagnol. in l. in ambiguis ff. de reg. iur. Ant. Faber* eruditissimus Iurisconsultus Pedamontanus, & Senator in *diffinit. 13. in tit. ad Velleia.* qui in *diffinit. 26.* ampliat etiam si tempore emptionis rei curasset emptor, vt saluæ esset in aliquo dos mulieris, nam si dotis restitutionis tempore sine culpa mulieris perijsset, succurritur illi mulieri super vēdita re mulieri hypothecata; mulieri tamē incumbit onus probandi non supereſſe bona, super quibus ipsi consuli possit, non autem emptoribus, si negent bona non esse, *Paul de Castro in l. Mœuius §. fundus ff sol. matr.* Et hoc dicit menti tenēndum *Guttierez in tract. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 1.* & ita ego consului nudius tertius, de hoc interrogatus.

4 Attamen secus esset, si mulier alienationi rei per virum alienatæ consentiens cum iuramento renunciauerit iuri hypothecæ, quia non potest recurrere ad illa bona alienata cōtra tertios possessores, vt in *Auth. sine à me Cod. ad Velleia.* vbi dicunt cōmunem *Bart. & Doctores, Bursat. cons. 32. Mascard. de probat. conclus. 1278. Boer. decis. 23.* & hanc esse veritatem dicit *Napod. in consuet. Neapol. incip. Sed si mulier,* & hanc communem opinionem appellat *Negusant. in tract. de pignor par. 2. membro 4.* dicens, mulierem nec in subsidium admitti ad bona renunciata, vel ad quæ mediante iuramento cessit, *Roland. cons. 70. volum. 2. Campeg. de dote in tit de pact. dotal. quæst. 13. Gramm. dec. 104.* & ita sæpè *Rolandum* consuluisse dicit in suo *cons. 8. vol. 1. & cons. 93. & cons. 27. Ruin cons. 41. vol 5. Guttierez in tit. de iuram confirmat. in c. 1.* Et hanc dicunt communem opinionem *Ias. & Castren. in l. pacta quæ contra Cod. de pact.* & hanc dicunt magis communem opinionem *Roderic. Suarez in tit. de las Arras. Card. Par. sius* Consentinus compatritius meus doctissimus Iurisconsultus *in cons. 46 vol. 3. Dec. cons. 202. & Bursatus cons. 66. lib. 1.* & hanc opinionem dicit apud *Doctores* esse canonizatam *Ripa in respon. 4. in 3. par. respons.* Et quod quando renunciatio est facta cum iuramento, etiam quod non sint alia bona, operabitur, vt nec etiā in subsidium super eis agi poterit, fuit decisum in Sacro Regio Neapolitano Consilio, vt per *Affl. in dec. 311.* & posteà idem fuit decisum in eodem Consilio temporibus *Præsidis de Franch.* vt per eum in *decis. 84.* & in causa Hieronymæ Tholosæ, & in causa Camillæ Pappacodæ, & *decis. Præsidis* sequitur *Nunt. Pellic. in consuet. Auers. cap. 9.* & nouissimè *Barbosa in l. 1. ff. sol. matr. Surdus dec. 86. & 194. Ripa obser. 37. Greg. Lopez in l. 4. tit. 7. par. 6.* & etiam si omnino remaneat indotata, *Sola in glos. ad nouas cōstitut. de alienat. mulier. & Card Tuschus*, & alij, quos ipse refert in *conclus. 420. in verbo mulier.* Sed in contrarium, quod casu isto non præiudicet mulieri renunciatio iurata, est magis communis, & verior opinio, *Abb. cons. 8. lib. 2. Alex. cons. 83. vol. 6.* vbi bona Additio, *Bertrand. & Crauetta*, & alij relati per eumdem *Cardinalem Tuschum loco citato*, & contra *decisionem Afflicti* relatam, & contra *decisiones Præsidis de Franch.* relatas in *d. dec. 84.* fuit aliàs etiam decisum in eodem Sacro Neapolitano Consilio, vt refert *Marin. Frezza in cōsuet. sed si mulier*, & ita etiam fuit decisum in Sacro Neap. Cons. refert *Camill. Salern.* olim Præses Regiæ Cameræ Summariæ in *d. consuet. sed si mulier*, & idem decisum refert *Vrsill. ad decis. Afflicti 311.* Et quòd mulier in subsidium debeat admitti, fuit etiam decisum in eodem Sac. Cons. Neapol. pro Portia Como, penes Iubenum Actuar. vt in processu fol. 446. referente olim Consiliario Nicolao Francisco Constantio magno Iurisconsulto patre Regentis Fuluij Constantij Marchionis Corleti. Et moderni *Addentes* ad eamdem *decisionē Affl.* dicunt decisum contra *decisionem Affl.* contra quam fuit etiam decisum pluries in Senatu Pedemontano, *Thesaur. decis. 222.* vbi refert alios *Doctores* testantes de hac communi opinione, & nouè ita bis iudicatum refert in Cathalonia *Iacobus Cancer.* summus practicus in *lib. variar. resolut. par. 3 cap. 15. in tit. de renunc.* & sequitur nouissimè *Regens de Ponte Marchio Murconi in cons. 40. vol. 2.* & nouissimè ita practicatum dicit *Molfes. ad Consuet. Neapolit. par 8. quæst. 6.* vt si maritus non habeat alia bona, & per illam alienationem remanet indotata, tunc absoluitur à iuramento, & facit declarari contractum nullum. 5 Et ita ego iudicaui plusquàm decem vicibus, & plusquàm quinquaginta consului in fauorem vxoris, taliter renunciantis, & licet in adolescentia fretus *decisione Afflicti, & decisione Præsidis de Franch. alleg.* pluries consuluissem contra vxorem, re tamen melius perpensa in iuuentute authoritate tantorum Patrum, & tot decisionum mutaui sentētiam in fauorem vxoris, & prius in iudicādo, & postmodum in consulendo, pro qua opinione ponderentur *tex. in l. si libertus ita iurauerit ff. de oper. libert. et in l. creditor §. Lucius ff mandat.* Ex quibus dixerunt Regij Neapolitani Consiliarij, quod data enormissima læsione, seu dolo ex proposito modū difficilè est inuenire, vt securus esse possit, qui cessionem obtinuit, & renunciationem, vt dicit *Præses de Frāch. dec. 247.* Et quia decisio *Afflicti* relata nostros Regnicolas inuitauit, vt contra mulierem responderent, dixit *Amendola* laboriosus Doctor in *d. dec. Præsidis 84.* illam fuisse

Digitized by Google

emanatam decisionem *Afflicti* ante *pragmaticã* huius Regni anni 1543. incip. *Considerantes ad Senatusconſ. Velleian.* quia tunc obstabat renunciatio mulieri, vnde dicit seipsum *Præsidem* declarari in alia sua *dec.* 477. & post eum dixit idem *Regens de Ponte in conſ.* 40. *vol.* 2. nulla tamen facta mentione de *dec. Præsidis* 44. vbi sequitur *dec. Affl.* de quo valde miratus fui, cùm
6 vidi consilium prædictum *Regentis*. Ego autem consideraui, cùm hæc mecum cogitabam, quod hæc *decisio Afflicti*, quæ tantum aliquos torsit, non mereretur allegari, an mulieri obstet iuramentum in casu isto, quia idem *Affl. in dicta decisione* dicit, quòd stãte *Consuetudine Neapolitana, incip. sed si mulier*, vbi habetur, quòd si mulier cum marito rem alienat, tunc indistinctè excluditur mulier, vt non possit super illa re habere recursum, & hanc dicit esse veritatem *Napodan.* & subiungit *Affl.* quod tantò magis procedit hæc opinio *Napodani*, si in dicta renunciatione interueniſſet iuramentũ, quia dixit tanto magis, sed prius dixerat mulierẽ excludi per *Consuetudinem Neapol.* & quod sit verius *in fine dect.* posuit casum extra Ciuitatem Neapolis, & dixit *Molfes. in loco citato* posse conciliari has opiniones tenentium pro vxore, & cõtra vxorem, vt dicẽtes opinionem contra vxorem, loquantur non impetrata absolutione à iuramento; & tenentes pro vxore, loquantur impetrata absolutione; quia validus est contractus, & reputatur, de quo in casu nostro ante impetratam absolutionem à iuramento, quia regulariter seruari debet iuramẽtum, sed est nullus, obtenta absolutione, & sic sublato vinculo iuramenti, ad quod ego pondero dictum per *Addentes in conſuet. sæpius allegat.* quod mulier tali casu, tanquam enormissimè læsa, debet admitti, absoluta prius à iuramento, & Iudex laicus coget emptorem ad relaxationem iuramẽti, & faciunt dicta per *Anchar. in c. canonum de conſt. & Feder. de Sen. in conſ.* 264. nisi dicamus cum *Thesauro in dec.* 165. quod absolutio ista non seruit, nisi quoad effectum agendi, & excipiendi, & hæc est communis formula, quia ex hoc iuramẽto est ius tertio quæsitum, quod auferri nõ potest sine illius voluntate, aliàs sequitur, quod contractus omnes iurati, sola impetrata iuramenti absolutione dissolui possent, quia talis absolutio facilè conceditur, etiã parte non citata. Vel dici potest, etiam quod *Affl. in d. dec* 311 loquitur in casu, in quo constabat mulierem habuisse amplissimã dotem, ex quibus aliqua læsio considerari non poterat, quod probatur ex eodem *Affl. ibi num.* 2. & *Romano conſ.* 187. *nu* 2.

7 Et quòd non obstet tali casu iuramentũ tali mulieri renunciãti, vt supra, contra tenentes oppositum, facit: quia renunciatio mulieris cum iuramento, licet non valeat de iure ciuili, vt per *Doct. in auth. ſi qua mulier*, tamen de iure canonico obligatur iuramento, *Abb. et alij in c. diligenti de foro compet. & in c. ex reſcripto de iureiur. Bart. conſ.* 124 quæ obligatio resultans ex iuramento, quod ligat etiam in terris Imperij, dicit *Affl. in dec.* 293. & 322. post *Castrenſ. in conſ.* 8. *par.* 2. & *Bal. conſ.* 5 *lib.* 5. Non tamen præiudicat hoc iuramentũ, si mulier enormiter læderetur, vt quia in totũ, vel in maxima parte remanet indotata, *gloſ. in auth. ſi qua mulier*, sæpè citat. *Alciat. in c. cum contingat de iure patronat.* & est communis opinio, *Dec conſ.* 180. & 181. *Gail pract. obſeruat. lib.* 2. *obſer.* 77. quia data enormissima læsione, iuramentum hoc per mulierem præstitum, cõtractum non validat, nec præstitum conseruat, nec astringitur mulier ad obseruantiam iuramenti, nec iuramentum producit effectum, data enormissima læsione, nec debet esse tale iuramentum vinculum iniquitatis, *Dec. conſ.* 216. & 203. & 379. & 180. *Anchar. de reg. iur. in regul. acceſſorium lib.* 6. & *Abb. & Butr. in c. cum contingat de iureiur. & in c. licet mulieres eodẽ tit. lib.* 6. vbi *Philippus Franchus, Corn. cõſ.* 71. & 72. *et* 132. *vol.* 3. data enim enormissima læsione, cõtractus iuratus annullatur, secundum communem opinionem, *Corneus conſ.* 72. *vol.* 3. *Cardinalis Parisius in conſ.* 75. *vol.* 3. Quia nec casu isto hoc iuramentum habet illos tres comites, quos habere debet, veritatem scilicet, & iustitiam, & iudiciũ, nam deficit iudicium, data enormissima læsione, & est iuramentum indiscretum, & dato dolo re ipsa nec habet iustitiam, vt considerant in proprijs terminis muliere renunciante cum iuramento iuribus hypotheeæ, & *Card. Pariſ. & Corneus, & Abb. conſiliis citatis, & Regens de Ponte in d. conſ.* 75. *vol.* 2. quæ procedunt data enormissima læsione, etiam si Iudicis decretum interueniat, pro quo decreto non præsumitur, quando constat de euidenti læsione, *Innocẽtius in cap. propoſuiſti de probat* Roland *conſ.* 7. *lib.* 3.
8 *Bart. conſ.* 75. *lib.* 1. *Ruin. conſil.* 103. *lib.* 1. Et vtitur Senatus Pedamontanus, vt si mulier est læsa in medietate dotis, ita quod nõ potest consequi medietatem dotis, tunc nõ tenet obligatio prædicta iurata, *Theſaur. dec.* 223. Vnde si mulier habet mille in dotem, & illos amittit, non valet contractus iuratus, si verò amittat scutos quingentum, vel minus, ex dote mille scutorum, valet contractus iuratus. Vnde cum casus acciderit in eodem Senatu Pedamõtano, quod mulier habens ducentum in dotem, obligauit se primo marito in centum, & deinde fauore secundi in alios centum obligauit se alijs creditoribus, fuit valida prima obligatio, & annullata secunda, nam in prima obligatione lædebatur in medietate tantum dotis suæ, & ita iudicatum in dicto Senatu, vt refert *Theſaur. filius in addit. ad patrẽ in dicta dec.* 223. Et quod talis renunciatio, & cessio facta per vxorem, non substinetur, quando remanet penitus indotata, vel nõ habet saltem dimidiam partem suæ dotis, fuit decisum in Rota Rom. coram Cardinali Arrigonio in anno 1593. & coram Penia in anno 1597. & in anno 1606. coram Litta, & corã Pamfilio in anno 1614. vt per *Seraphinum in deciſ.* 1187. quarum decisionum meminit *Steph. Gratian. Romanus in diſcept. forenſ.* 723. *vol.* 4. Et ita decisum in anno 1615. refert idem *Gratianus* vir doctissimus ibi etiam vbi decretum Iudicis interceſſerit.

9 Et quando dicatur læsio enormis, enormior, & enormissima, dixi ego in additionibus ad decisiones

Digitized by Google

cisiones Neapolitanas collectas per olim *Regiũ Consiliarium Capyc. in dec. 159.* vbi faciunt multa, quæ ibi dixi de iuramento minoris, & illius læsione.

10 Non tamen hoc locum habebunt in antefato, quia si in eo lædetur in parte, vel in totum, non succurritur mulieri iuranti, quia tunc mulier tractat potius de lucro captando, quàm de dãno vitando, *Thesaur. dec. 223.* & faciunt *Consuetudines Neapolitanæ, incip. si mulier*, & *sed si mulier.*

11 Quoad verò casum decisum in hac decisione, vt stantibus cessionibus factis per vxorẽ diuersis emptoribus, quod primi emptores tantum possint vti cessionibus factis per vxorem, non autem posteriores, quia per cessionem ante factam, remanent vxoris iura inania, vt dicit Minadous. Adde quod facit ad hoc decisio eiusdem Sac. Cons. relata per *Camill. Saler. in consuet. Neapol.* sæpius allegata, quæ incipit, *si mulier*, quod fuit iudicatum stãtibus cessionibus vxoris factis creditoribus mariti, qui iuuantur cessione vxoris, qui præferuntur, quatenus summa dotis est, vnde vxor non poterit habere recursum contra alia quæcunque bona mariti, quæ per tertios possessores possidẽtur, quia est vxori pro dotibus satisfactum per factas cessiones, quibus prædicti creditores vsi sunt, aliàs bis satisfiet vxori, cui remanet consultum agendi contra hæredes viri, & bona quæ per virum possidentur, & idem tenuit *Morot. in respons. 87. & Farinac in dec. Rom. 112.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Societas an morte finiatur, & quid si fuerit ordinata per patrem testatorem, & nu. 4.*
2 *Pactum intelligitur, rebus sic stantibus.*
3 *Societas in conductione vectigalium publicorum, an morte finiatur.*
4 *Ioannes Franciscus de Ponte laudatur.*

DECISIO XXX.

1 AN *lex. in l. adeo, & in l. actionem §. morte ff. pro soc.* habeant locum, si societas fuerit ordinata per patrem inter plures filios, vt vno moriente, alij superstites teneãtur prosequi patris ordinationẽ, & societas remaneat, & quod fuerit limitata dicta *lex*, adeò vt non procedat in societate iussa per patrem testatorem. Adde *lex. consimiles in l. furti § fin. ff de his, qui notant. infam. & in l. verum §. in hæredem ff. pro soc. & in §. soluitur, instit. de societ.* in quibus, vt in *d. l. adeo, & in l. actione*, disponitur morte finiri societatem vnius ex socijs. Vnde non potest prætendere hæres, quod duret societas tanquam testatoris personam repræsentans, ita quod nec paciſci potest, vt cum hærede duret, & in tantũ hæc vera sunt, vt inter superstites socios nec etiam duret societas, sed quod illa finiatur morte, vt in *dictis iuribus*. Quare autem morte vnius socij finiatur societas, ea fuit ratio, ne cogerentur socij alios hæredes inuitos habere, & inuiti socios, *Raphael in l. verum § societas ff. pro soc.* Vel secundum *Angel. Aret. in d §. soluitur*, quia est electa industria personæ, quæ facit rem non esse transitoriam ad hæredes, *l. vnica §. ne autem Cod. de caduc. tollend.* Item quia nescitur, an hæres futurus sit socius bonus, vel idoneus societati, nisi post mortem defuncti socij hæres eius cum socijs continuauerit societatem, quia tunc intelligitur renouata societas, *Bal. in l. mandatum Cod. mandati, & est tex. in l. planè ff. pro soc.* licet nec pacto conueniri possit à principio inter socios, vt ad hæredes transeat societas, *d. l. adeo in initio, & l. nemo potest*, nec etiam si stipulatio concepta fuerit pro hæredibus, & successoribus, *Card. Parisius cons. 25. volum. 3. Menoch. cons. 12. volum. 1. Dec. cons. 213. Bertrand. cons. 91. vol. 1.* Licet limitet, quando adhibetur iuramẽtum, & dicitur pro ipsis, & suis hæredibus, vt sit transitoria ad hæredes, *Ioan. Faber in d. §. soluitur*, & sequitur *Gregor. Lopez in l. 10 in tit. 10. par. 5. in glos. por la morte*, & sequitur nouissimè *Escobar. de ratioc. c. 6.* Hoc tamen nõ est verum, vt rectè probat ingeniosus *Velascus consult. 63.* & cõtra *Io. Fabrum* tenuerunt *Alex. in d l. adeo, Curt. Sen. cons. 53.* & hæc est communis opinio, *Grat. cons. 15. Franc. Marc. q. 211. Capyc. dec. 174.* vbi ego scripsi, & hæ rationes respectu morientis socij, respectu verò superstitum illa fuit, quia societas personarum contemplatione contrahitur, sed quia quatuor fortè contraxerunt societatem, & nunc moritur vnus, nõ sunt quatuor, & sic non omnes modò nõ sumus omnes, *Alber. in d. §. morte*, sequens *Roffred. de libellis, in tit. pro socio*, quia societate inita pro tempore certo, si alter ex socijs interea moritur, societas finitur, etiam quoàd omnes superstites, *Dec. cons. 571. Alex. cons. 60 vol. 7. & cons. 34. lib. 1. Bal. cõs. 108. vol. 2.* Quando enim inita est societas inter plures, cõsideratur præsens status personarum, quæ viuunt tempore initæ societatis, & celebratus intelligitur contractus ille, vt durante sociorum vita, societas duret, & rebus sic se habentibus, vnde morte alterius ex socijs succedẽte, voluntas continuandæ societatis cessat, quia omne pactum, & omnis dispositio tacitam habet conditionem, si res in eodem statu permanet, *l. quod seruus ff. de cond. ob causam, cum glos. & c. quemadmodum de iureiur. cum glos. l. si conuenerit ff. pro socio.* Et sufficit non solum mors naturalis, vt dissoluatur, sed & ciuilis, *§. societas soluitur, Inst. de societ. Cardin. Parisius in cons. 28. lib. 1.* & perbellè *Bart. in cons. 35.*

2

3 Non tamen societas finitur in conductione vectigalium publicorum morte socij, quia durat cum hærede, *Glos. & Bal. in l. nemo ff. pro soc.* concurrentibus quatuor, videlicet, quod sint locata vectigalia publica, quod actum sit continuari in hæredem, & quod persona succedens sit idonea, & quod inter seipsos non solum cum locatore, ita conuenerint *Doct. in d. l. adeo, & d. §. societas soluitur*, & habetur latè in *decis. 76. Ozaschi.*

4 Sed contra hanc decisionem *Minadoi*, in qua fuit decisum, *l. adeo, & l. actionem §. morte ff. pro soc.* quibus præcipitur, societatem morte socij

Digitized by Google

finiri, limitari, vt nō procedat in ſocietate iuſſa per teſtatorem, nulla tamen facta mentione huius deciſionis *Minadoi*, *Regens de Ponte in ſuo conſilio 90. vol. 2.* De quo valdè miratus fui, virum alioquin in noſtra legali ſcientia eminentiſſimum, quem celeberrimum cauſarū Patronum, & Regentem in Conſilio Italico virum doctiſſimum vocat *Anna conſil. 1.* & ſummum practicum, Aduocatum maximum, & celeberrimum ſua tempeſtate vocat *Conſiliarius Rouit. in pragmat. 1. de aſſiſtent.* non vidiſſe hanc deciſionem *Minadoi*, vel non allegaſſe immò ijſdem quaſi medijs, quæ poſuit *Minadous* pro contraria opinione, contra quam iudicauit Sac. Conſ. & tenet *de Ponte*, vtitur *idem de Ponte* ad probandum ſuam opinionem, quod ſiue per teſtamentum ordinetur, ſiue per contractum ſocietas infra certum tempus duratura, illa fuit per mortem alterius extincta, & *Decio* reſpondet in *conſ. 441.* & *Capycio in dec. 174.* Sed hanc deciſ. *Minadoi* ſequitur *Tepatus in tit. pro ſocio, cap. 14.* & *Amendola in addit. ad deciſ. Præſid. de Franchis 249.* vbi *Viſcontus* hanc deciſ. *Minadoi* vocauit mirabilem.

Et poſſe teſtatorem præcipere in ſuo teſtamento, vt perſeuerēt hæredes in ſocietate, dicit *Dec. conſ. 441. & Bal. in l. 4. ff. de cond. inſt. et Greg. Lopez in d. l. 10.* & ſequitur *Velaſcus d. cōſult. 63.* Regula enim illa, ſocietatem morte finiri, non habere locum quando teſtator mandauit hæredibus ſocietatem durare, quia tunc tenetur hæres, vt dicit *Sebaſt. Medices in tract. mors omnia ſoluit, par. 2. concluſ. 103. poſt Card. Pariſ. & Curt. Dec. & Ozaſcbum*, quos ſequitur *Theſaur. deciſ. Pedam. 242.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Libellus generalis an admittatur in petitione hæreditatis.*

2 *Libellus alternatiuus an admittatur, & quid in minore, nu. 3. & quid in legatario, nu. 4. & quid in agente actione hypothecaria, nu. 5. & quid in materia* l. 2. Cod. de reſcind. vend. *nu. 6. et quid propter probabilem agentis dubitationem, nu. 7. & alia ponuntur exempla num. ſequent. & de cumul. actio. num. 13.*

DECISIO XXXI.

1 DIcit *Minadous* in hac deciſione *nu. 1.* quod procedit libellus, in quo dicit actor, peto hæreditatem, declarato nullo aſſerto teſtamento, & ſi quid eſt, legitimam peto. Adde quod in petitione hæreditatis, libellus generalis admittitur, *l. illud quoque, & l. ſi hæreditatem ff. de petit. hæred. Achilles Perſonal. in tract. de petit. hæred. Anguiſol. cōſ. 64. lib. 2. And. Gail obſer. 68. lib. 1. Ozaſch. dec. 74. Berber. in viator. iuris in tit. de iudicijs p. 4.* dummodo tamē res generaliter, & vniuerſaliter deductæ in libello liquidētur, & exprimantur in tempore exequutionis, *l. 4. ff. de pet. hæred. Bart. & Alex. Dec. & Iaſ. in l. edita Cod. de edendo*, cum illa diſtinctione, quam ſecerunt *Abb. in c. cùm inter de re iudic. Innoc. in c. conqueſtus de offic. ord. & Roffred. in tract. de libell. in rubr. de generali, & vniuerſali*, vt in iudicijs vniuerſalibus fiat liquidatio tempore exequutionis, ſecus in generalibus, quia tūc in proceſſu, & ante ſentētiam tenetur probare, & ſpecificare.

2 Adde etiam, quia libellus alternatiuus non admittitur regulariter, ad *tex. in l. vbi autē §. qui illud, aut illud ff. de verb. oblig. & in l. prætor edixit, §. quod autem ff. de iniur. Franc. March. deciſ. Delph. 870. And. Gail pract. obſer. lib. 1. obſer. 62.* Fallit tamen regula illa in minore, quia poteſt libellū alternatiuum proponere, & dicere contractum nullum, aut ſi validus ſit, illum reſcindi, & ipſum reſtitui in integrum, *cap. conſtitutus de reſtit. in integ.* vbi *Doctores*, eſt *deciſio Cappellæ Tholoſanæ 469.* vbi *Apoſtilla Aufreri, & Guid. Pap. in dec. 143. & ſing. 220.* dicentes, valere libellum, etiam ſi dicit nullam ſententiam, & ſi qua eſt, reuocari, & ipſum reſtitui in integrum.

4 Fallit etiā ſecundò in legatario, qui libellum etiam alternatiuum facere poteſt, petendo à reo legatum, ſiue poſſideat pro hærede, ſiue pro poſſeſſore, *l. 1. §. hoc interdictum ff. quor. legat.*

5 Et in actione hypothecaria fallit etiam & tertiò, quia libellus alternatiuus procedit, vt puta, peto Antonium condemnari ad ſoluendum debitum, vel ad tradendum rem hypothecatā, *l. fin. Cod. ſi vnus ex pluribus hæredibus, & l. ſi fundus §. in venditione ff. de pignor. Iaſon in §. item Seruiana Inſtit. de actio. Bart. in l. ſi rem alienam ff. de pignor. act.*

6 Fallit etiam & quartò in materia *legis 2. Cod. de reſcind. vend.* vt dicatur in libello, peto rem reſtitui, vel quod deeſt iuſto pretio mihi ſolui, immo eſſe de ſubſtantia, vt alternatiuè libellus concipiatur, in hac materia dixerunt aliqui ex *Doct.* vt *Gomeſ. de contractib. cap. 11. Alex. conſ. 182. vol. 2.* & alij, & quod in dicta materia *l. 2.* procedat libellus alternatiuus, tenuit *Bart. in d. l. 2. & Cagnol. ibidem, Arrius Pinellus, & Pantaleon. Cremenſis, Andr. Gail pract. obſeruat. lib. 1. obſer. 62. Crauet. conſ. 151. Miſinger. obſeruat. 42. cent. 2.*

7 Fallit & quintò propter probabilem agentis dubitationem, *l. 1. §. quod autem ff. quorum legat. Iaffred. Balb. deciſ. 497.* & *Maſull. ad Capycium dec. 140*

8 Fallit & ſexto, quando res, vel æſtimatio petitur, *Miſinger. obſer. 11. cent 4.*

9 Fallit & ſeptimò, quia libellus alternatiuus nullitatis, & iniquitatis admittitur, *Bellamer. dec. 297.*

10 Fallit & octauò, ſi libellus fuerit conceptus contra duos, cum clauſula coniunctim, ſeu diſiunctim, *Bellamer. dec. 301.*

11 Fallit & nonò, quando non opponatur, quia tunc valet libellus alternatiuus, *Iaffred. Balb. deciſ. 294.* Et in ſumma ſcias ſemper libellum alternatiuum procedere, quādo admittitur alternatio lege, vel pacto, vel teſtamento, & de alternatione à lege permiſſa eſt *tex. in l. ſi voluntate, & in l. 2. Cod. de reſcind. vend. & in cap. cum dilecto, de empt. & vend.* & de alternatiua à pa-

&to

Digitized by Google

cto est *tex. in l. obligationum ff. de act. & oblig. & in §. plus Instit. de act.* & de alternatiua ex testamento est *tex. in c. Raynaldus de testim cũ glosa.*

12 *Ad num. eumdem* 1. quod libellus iste alternatiuus non procederet, quia erant duo remedia contraria in libello prꝰposita. Adde quod si in libello intentantur duo remedia possessoria, scilicet adipiscendæ, & retinendæ possessionis, licet duo remedia contraria videatur continere libellum hunc, scilicet interdictum restitutẽdæ, & quorum bonorum, valet libellus iste, quia nec etiam cõtraria sunt hæc duo remedia, vt per *Menoch. in tract. de adipisc. poss. remed. 1. Fuscum sing. 46.* & ita fuit decisum in Sac. Neap. Cons. vt per *Afflict. dec. 118.* & per *Cornaz. in dec. Bonon. 137.* est *consilium Pauli de Castro 234. volum. 2.*

13 *Ad nu. 6.* ibi eo casu, quo cumulatio non impeditur, Adde quod petitorium, & possessorium cumulari non possunt, *Præses de Franch. dec. 9.* est *decisio Rotæ 97. parte 2.* & actiones contrariæ non cumulantur, *Bellamer. dec. 494* causa ciuilis, & criminalis cumulari possunt, *Franciscus Marcus dec. 227. par. 2.* & in vno libello plura delicta cumulari possunt, *Idem decis. 72. par. 2.* & quod nullitas & restitutio in integrum cumulari possint, *Mising. dec. 25. par. 2.* sicut & rei vendicatio cum restitutione in integrum, *Guid. Pap. dec 144* sed causam testati, & causam intestati per hæredes non posse cumulari, *Misinger. alleg. dec. 25.* nisi codicillorum postea factorum ignorantia habeatur, & ex post facto cumulationem procedere actionis hypothecariæ cum actione personali in libello separato, & diuerso fuit decisum Neapoli, vt per *Capycium dec. 8.* vbi ego feci additiones.

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, vel quasi, in iuribus corporalibus, an acquiratur, non data scientia illius, cuius interest.*
2 *Contradictio an conseruet possessionem, etiam nulla data notitia aduersario, vel intimatione.*
3 *Triennalis præscriptio, de qua in c. si quis per triginta, an locum habeat in hoc Regno, & an sufficiat Proregis præsentia in Reg. nu. 4. & seq.*
Franciscus Reuerterius laudatur, ibidem.
4 *Io. Aloysius Mormilis laudatur.*
5 *Scientia officialium an sufficiat, quando Regis requiritur scientia, Don Garsias Mastrill. & Io. Aloysius de Septimo, & Bongiornus, & Don Blascus Doctores Siculi laudantur.*
6 *Possessio an præferatur, & qui eam probat, an obtineat, & an egeat titulo, & quid in beneficialibus.*
7 *Possidere duo insolidum an possint, quid autem in iurisdictione ibidem.*
8 *Feudalis res an præsumatur, si est infra fines feudi, vel redditia feudi, nu. 9.*
10 *Fines quomodo diuidantur, & quomodo probentur, nu. 3. & præscribantur, num. seq.*
13 *Io. Baptista Valenzuela laudatur.*
14 *Furcarum erectio an sit meri imperij, & quomodo.*
15 *In finium probatione quis obtineat, & quomodo Iudex pronunciet, si vtraq; pars probet, & qualiter, & alia de iudicio finium, & an præscribatur possessio limitum. n. 16.*
17 *Possessio an reluet, nullo apparente titulo.*
18 *Affidandi ius in pascuis an sit iurisdictionis.*
19 *Barones an possint banna facere, vel edicta, ne animalia accedant in suis pascuis, & pratis, & quid in territorijs appatronatis, n. 20.*
21 *Fidæ differentia, & seruitutis fidæ, & n. 22.*
Ioannes Franciscus Capiblancus laudatur ibidem.
23 *Banna prohibitiua ingressum animalium in pascuis, animalia, vel immittentes comprehendant.*
24 *Dominus animalium an teneatur damnum emendare, si animalia intrent territorium Baronis absq; culpa, vel si fuerint deperdita, reperiuntur in pascuis.*
25 *Fida & diffida an debeatur si per vnum diem, vel vnam noctem animalia pascua sumant in pascuis bannitis.*
Et quid de animalibus oberrantibus, vbi quid de iure huius Regni, nu. 26.
27 *Animalia capta in pascuis, an debeant liberari sub cautione, vel detineri, donec soluta fuerit fida, & diffida.*
28 *Diffidæ pœna quanta sit.*
29 *Fida solita an semper debeat exigi.*
30 *Banna, & prohibitiones sumendi pascua, an comprehendat animalia Clericorum.*
Clerici an teneantur ad emendam damni pro animalibus damnum dantibus in agris, quo casu an debeat adiri Iudex laicus, vel Iudex ecclesiasticus, ibidem remissiuè.
Et an clerici ipsi teneantur ad fidam, vel diffidam, vel animalium custodes, & pastores, ibid.
Damnum in herba quomodo debet æstimari, ibid.
31 *Pascua cuius esse præsumantur, Vniuersitatis, vel Baronum.*
32 *Ius pascendi quanto tempore præscribatur.*
Io. Antonij Lanarij laus recensetur, ibid.
33 *Vassalli an habeant vsum in demanialibus Baronum, & quomodo, & qui veniant appellatione ciuium in pascuis.*
Ioan. Vincentius de Anna laudatur, ibidem.
34 *Baro an habeat vsum pascendi in demanialibus vniuersitatis, & quomodo, nu. 35.*
36 *Vsus quomodo intelligatur in pascuis, & in mercatura, & industria.*
37 *Cibi appellatione an veniat potus.*
38 *Glandium vsus an includatur in communitate aquæ, & herbæ communis, & quid de pratis.*
39 *Custodem ponere in defensis an spectet ad Baronẽ.*
40 *Custodes an possint arcere damnificantes, vel obpignorare, & pœnam exigere, vel damnum.*
Damnorum, & pœnarum materia ad declarationẽ const. Regni incip. Cum per partes Apuleæ.

DECISIO XXXII.

1 IN initio huius decis. vbi dicit *Minadous*, quod pro parte Vniuersitatis probatur quadraginta annorum de visu, & quadraginta quinque annorum de auditu, ita de antiquissimis temporibus, non tamen probauit, quod scientibus, & audientibus Dominis, qui pro tempore fuerant, Adde quod in iuribus incorporalibus non quæritur quasi possessio, nisi da-

Digitized by Google

ta scientia illius, ad quem illud ius spectabat, *l.pen.ff.de seruit.& l.2. Cod.de seruit.& aqua*, vbi *Bart.& in l.1.§ fin. ff.de aqua pluu.arc.* & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio Neapol. vt per *Capyc.in decis.infra citanda* actus enim isti possessiui absq; patientia eius de cuius agitur præiudicio possessionem nullam tribuunt, quia cessante illius scientia de cuius præiudicio agitur, præsumuntur illi actus possessiui facti clam; vnde taliter possidens non iuuatur interdicto vti possidetis, *l.1.ff.vti possidetis*, *Rum.cons.28. lib.4.* quod interdictum non datur nisi possidenti, non vi, non precario, & non clam, vnde patientia cessante intrat vis, seu violentia, quæ
2 interdictum vti possidetis excludit, vndè quod cesset patientia, sufficit quilibet contradictionis actus, aut facto, aut verbo explicãs, per quã contradictionem sibi possessionem conseruat, etiam nulla data notitia aduersario de contradictione, quia absque partis intimatione effectum producit talis contradictio, cum simus in actu declaratorio voluntatis actu gerentis, *Bart. in l.nunciatio §.morte ff.de noui oper.nunc* & alij, vt concluſiuè reassumit *Consiliarius Routus in*
3 *prag.1. in tit. de iurisdict. inuic. non turband.* Et in tantum est verum de patientia, & scientia illius de cuius præiudicio agitur, vt in triennali præscriptione, de qua in *c.si quis per triginta si de feu.defunct contentio &c.* quæ in hoc Regno locum habet contra fiscum per *tex.in c allegato si quis per triginta*, qui non est correctus per *constitut.eiusdem Regni, incip.quadragenalem, Iser.in dicta constit quadragenalem*, vbi *Afflict.* quia Dominus noster Rex absens est à Regno, non currit dicta præscriptio triennalis, *Camerar. in l.imperialem fol.8. Anna in loco infra citando in rubrica*, quid cit audiuisse à Doctissimo Francisco Reuerterio Regente Collateralis Consilij huius Regni Neapolitani, & ita decisum fuit per Regiã Camerã Summariæ, vt contra fiscum tricennalis non obstet ratione regalis absentiæ,
4 *Anna singul.* 144 Nec sufficit Proregis huius Regni præsentia *Io. Vincentius de Anna in rep. rubric. de vassall. decrep. ætat.* quem nouissimè sequitur *Bambac. in d. c. si quis per triginta*, & quod ita practicamus in Regia Camera Summariæ dixit illius eruditus Præsidens *Io. Aloysius Mormilis in constit. quadragenalem*. Quia scientia officialis non sufficit quando requiritur scientia Regis, *Bal. in l.1. ff. de offic. eius cui &c. Iason. in l.imperium ff. de iurisd. omn. iudic. Salic. in l.2. Cod. noua vect. Bart. in l.1. §. denique ff de acq. pluu arcen.* & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio Neap. vt per *Capyc. in dec.57.* vbi ego feci additiones in dictis Addit. meis ad
5 dec. *Capyc.* scientia enim officialis non dicitur Principis scientia, nec ei nocet, quia scientia procuratoris non nocet domino, *l.quod vulgò ff. prò empt.* licet non desint qui dicant quod vbi scientia, & patientia Regis requiritur, tunc sufficiet allegare scientiam, & patientiam officialium in loco illo vbi allegatur præscriptio, *Guttierez practicar. quæstion. lib.3. q.31. Anton.de Menesses in l. quas actiones Cod.de seruit. & aqua, & Tiraq. de nobilit.c.14.* Quia quoad effectum præscribendi, Principem scire præsumitur, quæ sciunt eius officiales, *Bart. in l. si publicantur §. fin. ff. de public. Peregr. de iure fisci, lib.6. tit.8.* & hanc dicit communem opinionem *Balb. de præscript. in 2. par. 5. part. princip.* & alij multi relati per *Surdum in dec.4.* qui dicit communem, *Mastrill. in consil. vnico, post suas decisiones pro matre*, & est *decisio Rotæ Romanæ 600. in nouissimis, in 1. par. Consta in tract. de facti scientia, & ignorantia*, & quod in specie sola sciẽtia Proregis in Regno sufficiat, præter *Doctores* allegatos, tenuerunt in terminis multi *Doctores* Siculi doctissimi Iureconsulti, *Io. Aloys. de Septimo in c. volentes*, qui dixit ita practicari, vbi idem dicit *Bongior.* & idem *Don Garsias Mastrill. in d. consil. vnico pro matre, & Don Blasc. Ioppolus in allegat. pro eadem Marchionissa Tortoreti posita post opus eiusdem Mastrill. in tract. de magistrat. tom.1. l.b.3 cap.10.* quia est amplissima Proregis potestas in Regno, quia gerit in Regno vices Regis, & facere potest omnia, quæ specialiter, & personaliter ipsemet Rex facere potest, de cuius Proregis fecit tractatum integrum *Marchio de Ponte Regens in tract. de potest. proreg.* & quod scientia Proregis in Regno præiudicet Regi, tenuit *Palat. Ruuios in rubr. § 9 de don. inter virũ, & vxorem*, & quando scientia officialis habeatur pro sciẽtia domini, dicit aliqua *Loffred. dicto consil.36.* Et quod scientia Procuratoris Principis, vel Locumtenentis, vel officialis Principis Principi præiudicet, sicut & scientia Vicarij Regis probat nouissimè *Regẽs de Ponte in cons.191. vol.2.* Non tamen necessaria est scientia, & patientia Regis in præscriptione immemorabili, quia tẽpus huiusmodi immemorabile præsumit patientiam, & Regis scientiam, secundum communem opinionem, vt per *Balb. de præscript.2 par. 3.q.6. Alex. consil.5. vol.1.* & alios, quos allegat nouissimè *Marchio Belmontis Regens Tapia in d. const. quadragenalem*.

6 In eodẽ initio huius decis. vbi dicitur, quod ex quo probatur de antiquiori possessione ex parte actoris præsumitur quod possessio erat penes dominum, Adde quod cum olim tẽporibus Gramat. fuisset in Cons. Neapol. probatum de antiquiori possessione per Contestabilem Ciuitatis imponendi assissiam in Casali, & per illius Baronem per decennium fuisset possessio probata, fuit iudicatum pro antiquiori possessione Contestabilis, vt per eumdẽ *Grammat. cons. ciuili* 113. quia quando vtraque pars possidere prætendit, illa obtinebit, quæ de anteriori, & antiquiori possessione probat, *c. licet causam de probat.* vbi *Doctores*, & maxime *Felin. Curt. Iun. cons. 165. Roland. à Valle cons. 46. vol.2. Bertrand. cons. 224. vol.3. Alex. cons. 83. vol.5. Anchar. cons. 274. Cardinal. Parisius cons. 112. vol.1 & cons. 26. vol.4.* & communem opinionem dicit idem *Roland. cons.9 vol.3. Socc. Senior cons. 146. vol.1. & Bertrand. idem in cons. 100. vol.1.* hinc dixit *Bal. in cons. 445. vol.5.* quod quando omnino dubia res est propter intrigationem probationum, & mixturarum actuum hinc inde possessionum, ille, qui habet antiquiorem possessionem vincet in causa, &

idem

Digitized by Google

idem cons. 489. *vol.* 3. semper enim præsumitur pro ipsa antiquiori possessione, vt latè probat *Natta in cons.* 649. & 176. *vol.* 3. præsumitur enim continuata hæc antiqua possessio, & iunior clandestina præsumitur, nisi probetur cõtrarium, *d. c. licet*, vbi *Doctores*; non enim potest secundo possidens possessionem acquirere, nisi clam, vel nisi eũ qui primo possidebat deiecerit. *l. si finita §. vbi autem ff. de dam. infect.* & est communis opinio, *Curtius Iunior cons.* 168. *Vulpell. cons. criminal.* 56. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 324. & in tantum prævalet hæc antiqua possessio, vt si titulum non habet, & posterior possessio haberet titulum acquisitum post antiquam possessionem, quia probans de antiquiori possessione etiam sine titulo obtinebit, *Maranta inspec. par.* 4. *dist.* 7. *Afflict. decis.* 363. *Menoch. in tract. retinend. possess. in 3. rem. ed. quæst.* 81. nisi titulus, & possessio ab vtraque probaretur, secundus possessor probauerit de titulo antiquiori possessionis partis aduersæ, *Bal. in d. c. licet causam*, vbi *Felyn. & Dec. Menoch. loco citato quæst.* 86. *Roland. à Valle d. consil.* 9. vel essemus in beneficialibus, in quibus possessio antiquior sine titulo non vincet possessionem iuniorem titulatam, *Menoch in quæst.* 87. *supra citat.* & ità fuit decisum, vt per *Cacherar. in decis.* 55. & antiquior possessio dicitur etiam vno momento, *Bald. in l. ab hostibus*, *§. sed quod simpliciter ff. quibus ex caus. maior* habetur in *l. Arethusa ff. de statu homin.* Vbi enim agimus de prioritate, & posteritate, non solum dies, sed hora est considerabilis *glos. in cap. si à sede de præbend. in 6. & in cap. duobus de rescript. in 6. & Natta* adducit multa in *consil* 138. *vol.* 3. *& glos. in l. ex pluribus ff. de solut.* & ad materiam antiquioris, & iunioris possessionis, & ad illarũ probationẽ dicit latè *Mascard. de probat. conclus.* 1199. *per totam conclus. Plot. in l. si quando Cod. vnde ui, Achill. Personal. de adipisc. possess. Milan. decis. Siciliæ* 6. & quod in finalibus quæstionibus antiqua probatio prævaleat tenuit, *Alberic. in l. in finalibus ff. fin. regund.*

7 *Ad num* 1. quod duo insolidum possidere non possunt per *text.* quem hic allegat *Minadous*. Adde ad idem quod est *text. in l. duo ff. de præcar. l.* 3. *§. è contrario ff. de acquir. possess. Bald. in leg. arboribus §. nam & si ff. de vsufruct. & Bart. in l. vnica Cod vti possidet & in l.* 3. *& in l. si duo vti possident.* & quando Dominus, & homines de vniuersitate simul reperiuntur in possessione alicuius prati, aut nemoris, quod præsumatur esse vniuersitatis, est *text. in l. in tantam*, *§. Vniuersitatis ff. de rer. diuis.* & Baronem, & illius Castri Dominum esse etiam in possessione, seù quasi vt vnum ex singularibus, & caput illorum ciuium, & faciunt dicta per *Conarr. in cap.* 37. *præl. quæst. per Præsidem de Franchis decis.* 197. Iurisdictio tamen duobus vel pluribus competens, insolidum cuilibet competit *Bart. in l. inter tutores ff. de administrat. tutor.* vnde possunt in solidum iudicare plures hæredes vnius habentis iurisdictionem *Ias. Bart. & alij in l. si vni ff. de re iud.* quia quoad habitum sunt indiuidua iurisdictionalia, *Cravetta consil.* 965. *Card. Paris. consil.* 16. *lib.* 4. respectu tamen exercitij, & vsus sunt diuidua, vt per *Bart. in d. l. inter tutores*, hinc iurisdictionis vsus vni alternis annis tribui potest, & alteri *Bart. in l. final. ff. de rer. diuis. Alex. consil.* 25. *lib.* 5. secundum magis communem opinionem receptam in Senatu Taurinensi, vt per *Iacob. de feudis in verbo Marchio*.

8 *Ad eumdem num* 1. vbi dicit *Minadous*, si igitur erat intra fines Castri præsumitur quod sit feudalis. Adde quod quando res sunt infra fines territorij alicuius Domini, vel Castri, nec per aliquem possidentur, nec cuius sint appareret, tunc illius territorij Dominus habet suam fundatam intẽtionem, quod illius Domini sint *Paul. de Castro in l.* 1. *ff. de acquir. poss.* & idem est intelligendum quoad iurisdictionem, & quando res sitæ sunt infra fines alicuius territorij præsumuntur illius esse quoad iurisdictionem, cuius fines sunt *Hostiens. in cap. si diligenti de præscript. vbi Henric. Boich. & Abb. Boerius. singul.* 44. *Oldrad. consil.* 176. *Ripa in l.* 1. *ff. de acquir. possess. vbi Soccin. Guido Papa singul.* 661. *Afflict. decis.* 267. Si autem posita sunt prædia intra fines alicuius Domini, & per particulares personas possidentur etiam non subditas, nec in illo Domini territorio habitantes, & tunc non habet Dominus fundatam intentionem quoad dominium rerum particularium, quæ possidentur per alios, quinimmò allodiales res illæ præsumuntur. *Natta consil.* 460. *Conarr. in regula peccatum par.* 2. *§.* 9. *de regul. iur. in* 6. *Gabriel. de præsumpt. conclus.* 9. *Bertrandus consil.* 66. *& 299. lib.* 3. *& consil.* 15. *lib.* 2. & hæc est communis opinio *Menoch.* nouissimè *de præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 100 quod procedit etiam in Principe quoad res per priuatos possessas, & sitas intra fines Regni; hinc dicimus quod cùm non habeat fundatam intentionem Princeps quoad res possessas per Barones, aut alios intra Regnum suum, vt teneant iure feudi ab eo, non potest citare Barones, aut alium quemlibet, vt iura quæ in aliquo Castro habet ostendat, quia non tenentur tales possessores edere titulum eorum possessionis ad petitionem Procuratoris Fiscalis, sed ipsemet tenetur suam intentionem probare, & causam instruere, *l. extat ff. de iure fisci, l. cogi. Cod. de petit. hæred. Iason in prælud. feudor. Tiraquell. de legibus Connub. l.* 1. *Bart. in l.* 1. *Cod. de conductor. & procurat. lib.* 10. & latè *Peregrin. in tractat. de iure fisci in titulo de his, quæ spect. ad ordin. Iudic.* quia si haberet suam intentionem fundatam super dicto dominio directo posset Baronem cogere ad ostendendum dictum titulum *Guido Papa singul.* 55. *Afflict. decis.* 265. quia limitatur dispositio *dictæ legis cogi*, vt si in eo procedat, qui rei proprietatem prætendit, cuius ab eo postulatum ostendi titulum: secus autem est in illo qui in re aliena titulum prætendit quam aliena fatetur, nam cogitur ostendere titulum suæ possessionis, *Afflict. d. decis.* 265. *& cap. ordinary de officio ordinarij in* 6. intelligendo Dominum Ciuitatis, aut oppidi non habere fundatam intentionem.

Digitized by Google

ta scientia illius, ad quem illud ius spectabat, *l.pen.ff.de seruit.& l.2. Cod.de seruit.& aqua*, vbi *Bart.& in l.1.§ fin. ff.de aqua pluu.arc.* & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio Neapol. vt per *Capyc.in decis.infra citanda* actus enim isti possessiui absq; patientia eius de cuius agitur præiudicio possessionem nullam tribuunt, quia cessante illius scientia de cuius præiudicio agitur, præsumuntur illi actus possessiui facti clam; vnde taliter possidens non iuuatur interdicto vti possidetis, *l.1.ff.vti possidetis*, *Rum.cons.28. lib.4.* quod interdictum non datur nisi possidenti, non vi, non precario, & non clam, vnde patientia cessante intrat vis, seu violentia, quæ
2 interdictum vti possidetis excludit, vndè quod cesset patientia, sufficit quilibet contradictionis actus, aut facto, aut verbo explicãs, per quã contradictionem sibi possessionem conseruat, etiam nulla data notitia aduersario de contradictione, quia absque partis intimatione effectum producit talis contradictio, cum simus in actu declaratorio voluntatis actu gerentis, *Bart. in l.nuncupatio §.morte ff.de noui oper.nunc* & alij, vt concluſiuè reassumit *Consiliarius Routus in*
3 *prax.1. in tit.de iurisdict. inuic.non turband.* Et in tantum est verum de patientia, & scientia illius de cuius præiudicio agitur, vt in triennali præscriptione, de qua in *c.si quis per triginta si de feu.defunct.contentio &c.* quæ in hoc Regno locum habet contra fiscum per *tex.in c allegato si quis per triginta*, qui non est correctus per *constitut.eiusdem Regni, incip.quadragenalem, Iser.in dicta constit quadragenalem*, vbi *Afflict.* quia Dominus noster Rex absens est à Regno, non currit dicta præscriptio triennalis, *Camerar. in l.imperialem fol.8. Anna in loco infra citando in rubrica*, qui dicit audiuisse à Doctissimo Francisco Reuerterio Regente Collateralis Consilij huius Regni Neapolitani, & ita decisum fuit per Regiã Camerã Summariæ, vt contra fiscum tricennalis non obstet ratione regalis absentiæ,
4 *Anna singul.144* Nec sufficit Proregis huius Regni præsentia *Io. Vincentius de Anna in rep. rubric. de vassall. decrep. ætat.* quem nouissimè sequitur *Bambac. in d. c. si quis per triginta*, & quod ita practicamus in Regia Camera Summariæ dixit illius eruditus Præsidens *Io. Aloysius Mormilis in constit. quadragenalem*. Quia scientia officialis non sufficit quando requiritur scientia Regis, *Bal. in l.1. ff. de offic. eius cui &c. Iason. in l.imperium ff. de iurisd. omn. iudic. Salic. in l.2. Cod. noua vect. Bart. in l.1. §. denique ff de acq. pluu arcen.* & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio Neap. vt per *Capyc. in dec.57.* vbi ego feci additiones in dictis Addit. meis ad
5 dec. *Capyc.* scientia enim officialis non dicitur Principis scientia, nec ei nocet, quia scientia procuratoris non nocet domino, *l.quod vulgò ff.prò empt.* licet non desint qui dicant quod vbi scientia, & patientia Regis requiritur, tunc sufficiet allegare scientiam, & patientiam officialium in loco illo vbi allegatur præscriptio, *Guttierez practicar. quæstion. lib.3. q.31. Anton.de Meneses in l. quas actiones Cod.de seruit. & aqua, & Tiraq. de nobilit.c.14.* Quia quoad effectum præscribendi, Principem scire præsumitur, quæ sciunt eius officiales, *Bart. in l. si publicantur §. fin. ff.de public. Peregr.de iure fisci, lib.6.tit.8.* & hanc dicit communem opinionem *Balb. de præscript. in 2.par. 5.part. princip.* & alij multi relati per *Surdum in dec.4.* qui dicit communem, *Mastrill. in consil.vnico, post suas decisiones pro matre*, & est *decisio Rotæ Romanæ 600. in nouissimis, in 1.par. Consta in tract. de facti scientia, & ignorantia*, & quod in specie sola sciẽtia Proregis in Regno sufficiat, præter *Doctores* allegatos, tenuerunt in terminis multi *Doctores* Siculi doctissimi Iureconsulti, *Io.Aloys.de Septimo in c.volentes*, qui dixit ita practicari, vbi idem dicit *Bongior.* & idem *Don Garsias Mastrill. in d.consil. vnico pro matre, & Don Blasc.Ioppolus in allegat.pro eadem Marchionissa Tortoreti posita post opus eiusdem Mastrill.in tract.de magistrat.tom.1.l.b.3 cap.10.* quia est ampliſsima Proregis potestas in Regno, quia gerit in Regno vices Regis, & facere potest omnia, quæ specialiter, & personaliter ipsemet Rex facere potest, de cuius Proregis fecit tractatum integrum *Marchio de Ponte Regens in tract.de potest. proreg.* & quod scientia Proregis in Regno præiudicet Regi, tenuit *Palat. Ruuios in rubr. § 9 de don. inter virũ, & vxorem*, & quando scientia officialis habeatur pro sciẽtia domini, dicit aliqua *Loffred. dicto consil.36.* Et quod scientia Procuratoris Principis, vel Locumtenentis, vel officialis Principis Principi præiudicet, sicut & scientia Vicarij Regis probat nouissimè *Regẽs de Ponte in cons.191. vol.2.* Non tamen necessaria est scientia, & patientia Regis in præscriptione immemorabili, quia tẽpus huiusmodi immemorabile præsumit patientiam, & Regis scientiam, secundum communem opinionem, vt per *Balb de præscript.2 par. 3.q.6. Alex.consil.5. vol.1.* & alios, quos allegat nouissimè *Marchio Belmontis Regens Tapia in d. const.quadragenalem*.

6 In eodẽ initio huius decis. vbi dicitur, quod ex quo probatur de antiquiori possessione ex parte actoris præsumitur quod possessio erat penes dominum, Adde quod cum olim tẽporibus Gramat. fuisset in Cons. Neapol. probatum de antiquiori possessione per Contestabilem Ciuitatis imponendi assissiam in Casali, & per illius Baronem per decennium fuisset possessio probata, fuit iudicatum pro antiquiori possessione Contestabilis, vt per eumdẽ *Gramat. cons. ciuili 113.* quia quando vtraque pars possidere prætendit, illa obtinebit, quæ de anteriori, & antiquiori possessione probat, *c.licet causam de probat.* vbi *Doctores*, & maxime *Felin. Curt.Iun.cons.165. Roland.à Valle cons.46.vol.2. Bertrand. cons.224. vol.3. Alex. cons.83. vol.5. Anchar.cons.274. Cardinal. Parisius cons.112. vol.1 & cons.26.vol.4.* & communem opinionem dicit idem *Roland. cons.9 vol.3. Socc.Senior cons.146. vol.1. & Bertrand. idem in cons. 100. vol.1.* hinc dixit *Bal. in cons.445. vol.5.* quod quando omnino dubia res est propter intrigationem probationum, & mixturarum actuum hinc inde possessionum, ille, qui habet antiquiorem possessionem vincet in causa, &

idem

Digitized by Google

idem cons. 489. *vol.* 3. semper enim præsumitur pro ipsa antiquiori possessione, vt latè probat *Natta in cons.* 649. *&* 176. *vol.* 3. præsumitur enim continuata hæc antiqua possessio, & iunior clandestina præsumitur, nisi probetur cõtrarium, *d. c. licet*, vbi *Doctores*; non enim potest secundo possidens possessionem acquirere, nisi clam, vel nisi eũ qui primo possidebat deiecerit. *l. si finita §. vbi autem ff. de dam. infect.* & est communis opinio, *Curtius Iunior cons.* 168. *Vulpell. cons. criminal.* 56. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 324. & in tantum prævalet hæc antiqua possessio, vt si titulum non habet, & posterior possessio haberet titulum acquisitum post antiquam possessionem, quia probans de antiquiori possessione etiam fine titulo obtinebit, *Maranta inspec. par.* 4. *dist.* 7. *Afflict. decis.* 363. *Menoch. in tract. retinend. possess. in 3. ren. ed. quæst.* 81. nisi titulus, & possessio ab vtraque probaretur, secundus possessor probauerit de titulo antiquiori possessionis partis aduersæ, *Bal. in d. c. licet causam*, vbi *Felyn. & Dec. Menoch. loco citato quæst.* 86. *Roland. à Valle d. consil.* 9. vel essemus in beneficialibus, in quibus possessio antiquior sine titulo non vincet possessionem iuniorem titulatam, *Menoch in quæst.* 87. *supra citat.* & ità fuit decisum, vt per *Cacherar. in decis.* 55. & antiquior possessio dicitur etiam vno momento, *Bald. in l. ab hostibus*, § *sed quod simpliciter ff. quibus ex caus. maior* habetur in *l. Arethusa ff. de statu homin.* Vbi enim agimus de prioritate, & posteritate, non solum dies, sed hora est considerabilis *glos. in cap. si à sede de præbend. in 6. & in cap. duobus de rescript. in 6. & Natta* adducit multa in *consil* 138. *vol.* 3. *& glos. in l. ex pluribus ff. de solut.* & ad materiam antiquioris, & iunioris possessionis, & ad illarũ probationẽ dicit latè *Mascard. de probat. conclus.* 1199. *per totam conclus. Plot. in l. si quando Cod. vnde ui, Achill. Personal. de adipisc. possess. Milan. decis. Siciliæ* 6. & quod in finalibus quæstionibus antiqua probatio prævaleat tenuit, *Alberic. in l. in finalibus ff. fin. regund.*

7 *Ad num* 1. quod duo insolidum possidere non possunt per *text.* quem hic allegat *Minadous*. Adde ad idem quod est *text. in l. duo ff. de præcar. l.* 3. *§. è contrario ff. de acquir. possess. Bald. in leg. arboribus §. nam & si ff. de vsufruct. & Bart. in l. vnica Cod vti possidet. & in l.* 3. *& in l. si duo vti possidet.* & quando Dominus, & homines de vniuersitate simul reperiuntur in possessione alicuius prati, aut nemoris, quod præsumatur esse vniuersitatis, est *text. in l. in tantam*, §. *Vniuersitatis ff. de rer. diuis.* & Baronem, & illius Castri Dominum esse etiam in possessione, seù quasi vt vnum ex singularibus, & caput illorum ciuium, & faciunt dicta per *Conarr. in cap.* 37. *præt. quæst. per Præsidem de Franchis decis.* 197. Iurisdictio tamen duobus vel pluribus competens, insolidum cuilibet competit *Bart. in l. inter tutores ff. de administrat. tutor.* vnde possunt in solidum iudicare plures hæredes vnius habentis iurisdictionem *Ias. Bart. & aly in l. si vni ff. de re iud.* quia quoad habitum sunt indiuidua iurisdictionalia, *Cravetta consil.* 965. *Card. Pariss. consil.* 16. *lib.* 4. respectu tamen exercitij, & vsus sunt diuidua, vt per *Bart. in d. l. inter tutores*, hinc iurisdictionis vsus vni alternis annis tribui potest, & alteri *Bart. in l. final. ff. de rer. diuis. Alex. consil.* 25. *lib.* 5. secundum magis communem opinionem receptam in Senatu Taurinensi, vt per *Iacob. de feudis in verbo Marchio*.

8 *Ad eumdem num* 1. vbi dicit *Minadous*, si igitur erat intra fines Castri præsumitur quod sit feudalis. Adde quod quando res sunt infra fines territorij alicuius Domini, vel Castri, nec per aliquem possidentur, nec cuius sint appareret, tunc illius territorij Dominus habet suam fundatam intẽtionem, quod illius Domini sint *Paul. de Castro in l.* 1. *ff. de acquir. poss.* & idem est intelligendum quoad iurisdictionem, & quando res sitæ sunt infra fines alicuius territorij præsumuntur illius esse quoad iurisdictionem, cuius fines sunt *Hostiens. in cap. si diligenti de præscript. vbi Henric. Bosch. & Abb. Boerius. singul.* 44. *Oldrad. consil.* 176. *Ripa in l.* 1. *ff. de acquir. possess. vbi Soccin. Guido Papa singul.* 661. *Afflict. decis.* 267. Si autem posita sunt prædia intra fines alicuius Domini, & per particulares personas possidentur etiam non subditas, nec in illo Domini territorio habitantes, & tunc non habet Dominus fundatam intentionem quoad dominium rerum particularium, quæ possidentur per alios, quinimmò allodiales res illæ præsumuntur. *Natta consil.* 460. *Conarr. in regula peccatum par.* 2. *§.* 9. *de regul. iur. in* 6. *Gabriel. de præsumpt. conclus.* 9. *Bertrandus consil.* 66. *&* 299. *lib.* 3. *& consil.* 15. *lib.* 2. & hæc est communis opinio *Menoch.* nouissimè *de præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 100 quod procedit etiam in Principe quoad res per priuatos possessas, & sitas intra fines Regni; hinc dicimus quod cùm non habeat fundatam intentionem Princeps quoad res possessas per Barones, aut alios intra Regnum suum, vt teneant iure feudi ab eo, non potest citare Barones, aut alium quemlibet, vt iura quæ in aliquo Castro habet ostendat, quia non tenentur tales possessores edere titulum eorum possessionis ad petitionem Procuratoris Fiscalis, sed ipsemet tenetur suam intentionem probare, & causam instruere, *l. extat ff. de iure fisci, l. cogi. Cod. de petit. hæred. Iason in præludijs feudor. Tiraquell. de legibus Connub. l.* 9. *Bart. in l.* 1. *Cod. de conductor. & procurat. lib.* 10. & latè *Peregrin. in tractat. de iure fisci in titulo de his, quæ spect. ad ordin. iudic.* quia si haberet suam intentionem fundatam super dicto dominio directo posset Baronem cogere ad ostendendum dictum titulum *Guido Papa singul.* 55. *Afflict. decis.* 265. quia limitatur dispositio *dictæ legis cogi*, vt si in eo procedat, qui rei proprietatem prætendit, cuius ab eo postulatum ostendi titulum: secus autem est in illo qui in re aliena titulum prætendit quam aliena fatetur, nam cogitur ostendere titulum suæ possessionis, *Afflict. d. decis.* 265. *& cap. ordinary de officio ordinarij in* 6. intelligendo Dominum Ciuitatis, aut oppidi non habere fundatam intentionem.

Digitized by Google

tionem ſuam quoad directum dominium, vel vtile rerum particularium infra fines Ciuitatis, aut Caſtri ſitarum, ſi res illæ per aliquem poſſideantur, ſecus autem ſi nullus illas poſſideat, quia tunc præſumuntur eſſe dicti Caſtri quoad illarum rerum proprietatem, vt per *Gabriel. & Menoch. loco citato.* & ſi res immobiles, agri, poſſeſsiones, fundi prędia per particulares poſſeſſæ intra fines Status alicuius Principis, vel Communitatis, illorum particularium eſſe præſumuntur, ſecus autem eſt dicendum de terris incultis, & à nemine poſſeſsis, quia illius Principis eſſe præſumuntur in Statu, cuius ſita ſunt *Roland. à Valle conſil. 46. lib. 3. Iaſ. in cap rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ. Curt. Iunior conſil. 41. & 158. Peregr. in tract. de Iure fiſci in titulo de bon. vac.* vbi dixit malè ſenſiſſe *Ripam in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* poſt *Aret. ibidem*, bona illa inculta, horrida, & herma à nullo poſſeſſa nullius in bonis eſſe quod præſumatur, vnde occupantis fieri; quia licet Imperator dicitur totius mundi Dominus, *l. de præcario ff. ad l. Iul. de raptu*, quia intelligitur reſpectu poſſeſsionis, & Iuriſdictionis vniuerſalis, non autem reſpectu particularium rerum dominij, *Natta conſil. 288. Alex. conſil. 112. lib. 4. Dec. conſil 528. Afflict. dec. 267* poſt *Bart. & Bald. Angel. & alios in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendic.* niſi reſpectu Iuriſdictionis *Abbas in d cap. ſi diligenti, Afflict. dec. 129.* & hanc diſtinctionem ſequitur *Tiraquell. infra citandus, & Vrſill. in deciſ. allegat. Afflicti*, in qua *deciſ.* dicunt alij *Addentes*, quando dicatur feudale, quod eſt infra fines feudi. *Capiblanc. in Prag. 11 de Baron.* & ſi Barone poſſidente quicquid infra fines feudi eſt, præſumitur feudale, niſi prædia vicina ſint allodialia, & ſi tenentes prædia in territorio liberè diſpoſuerunt de eis, & in poſſeſsione ſteterunt diſponendi tanquam de allodialibus, & aliis modis, vt per *Rouit. in rubric. de feudis:* aliquando vero ſumus in rebus priuatorum, & tunc eſt de natura finium includere quicquid eſt intra fines, *Bald. in rubric. Cod. de contrahend. empt. Tiraquell. latè in conſuet. Burgund. in titulo des mains mortes §. 4. rubr. 19.* de quo etiam dicunt *Menoch. conſil 21. volum 1. Natta conſil. 204. tom. 1. Roland. à Valle conſil. 46. vol. 3.* cuius enim ſunt fines eſſe præſumuntur, quæ intra illos ſunt *Cardinal. Pariſ. in conſil 2. lib. 3. Menoch de præſumpt. lib. 3. præſumpt 100. Curt. Iun. conſil. 41. & Soccin. Senior. conſil. 86. lib. 1.* excludetur tamen præſumptio hæc ſi aliquis infra fines feudi poſſederit feudũ in allodium, vel burgenſaticum per annos triginta ſecundũ deciſiones Sacri Cõſilij Neapolitani relatas per *Andr. in cap. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fœm.*

9 Non autem feudalis res iudicabitur ex eo quod probatur eſſe redititiam feudi Domino, incerto annuo redditu, ſed ille redditus, *Frezza de ſubfeud. author. 5. Regens de Ponte conſil. 45. vol. 1.* qui dicit aliud eſſe redditum eſſe feudalem, aliud rem eſſe feudalem, ſecundum deciſiones Sacri Conſilij Neapolitani per *Capyc. in deciſ. 103.* vbi ego ſcripſi, *& Afflict. in deciſ. 129.* quorum meminit *Molfeſ.* nouiſsimè *in conſuet. Neapol. par. 2. quæſt. 9.* penſio enim non facit rem feudalem, ſed ſubſtantia, fidelitas, & ſeruitium, *Vrſill. ad deciſ. Afflict. 129.*

10 Et fines iſti regulariter diuiduntur per vias Regias *Bald Io. Andr. & Felyn. in cap. cùm cauſ. de probat.* & eſt *text. in l. maritus ff. de acquir. rerum domin. l ſi prius §. via ff de aqua pluuia arcenda, l. ſed & loci §. vltimo ff finium regund. Loffred. conſil. 44.* Montes, & flumina ſolent etiam eſſe fines territorij *Franc. Marchus quæſtio 111. & 343. par. 2. & quæſt 454. par. 1.* & aliquando fines ponuntur per lapides, & quomodo, eſt *tex. in l. inter ff de arbitr, & Bart. in tract. Tiberiadis in figura 19.* groſsi enim lapides aliquando ponuntur, aut lapideæ cruces, per *Bald. in cap. ex literis de probat.* Arbores quandoque pro finibus ponuntur, & aliquando ædificia, vt pileria murata, & columnæ, vt notatur in *l. ſi arbor. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd.* vbi in tali caſu arbor erit communis, vnde ſolet in arbore, quæ territoria diuidit fieri magna Crux, quæ eſt ſignum quod pro termino territoriorum illa arbor poſita eſt, & fines aliquãdo denominantur à quatuor regionibus mundi, ſcilicet Orientali, Occidentali, Meridionali, & Septemtrionali, & fines iſti faciunt prolixiorem memoriam, quam illi fines, qui ponuntur per latera *Specul. in titulo de empt. & vend. §. ſciendum*, & ſigna diuidentia territoria Ciuitatum notabilia dixit eſſe vias publicas, flumina, valles, colles, & montes, *Bald. in titulo de controuerſ. inueſt. & conſil. 468. lib 3.* & foueas manu factas *Bart. & Bald. in l. Riparum ff. de rerum diuiſ.* & lapides notatos, vel erectum lapidem cum duobus hinc inde *Guido Pap. quæſt. 193. Mont. in tractat. fin. regund. cap. 141.* & finis, terminus, & limen idem ſunt, vt *Inſtitut. quibus*

11 *mod. ius patr. poteſt. ſoluit. §. dictum.* Et quod ea quæ naſcuntur ſunt communia eſt *text. in l. 2. §. præterea ff. de aquæ pluuia arcend. l. ar-*

12 *bor. ff commun. diuid. l. pen. ff. pro ſocio.* Et de differentia inter confines, fines, territoria, & limites, & an limes cedat limitato, ſeù de terra limitata dicatur, & de differẽtia inter limitem, limitantem, & limitatum, & terminum terminantem, vide *Franc. Marchum quæſt. 338. par. 2.* & quod foſsata poſita in confinio duorũ prædiorum quod ſunt communia *Bart. in Tiberiad.*

13 *verb. fluminum.* Quomodo autem probentur fines, quia difficilis probationis, hoc eſt maximè in antiquis. *Bald. in l. cùm ſuper. Cod. de rei vendic. Maſchard.* nouiter *concluſ. 393.* Vnde dicendum eſt, quod per famam fines probantur, *cap. cùm olim de cenſib. Dec. conſil. 42. Natta conſil. 378. lib. 2. Guid. Pap. quæſt. 193.* & probantur ex probationibus, & coniecturis, *Menoch. de præſumpt. in 43. præſumpt. Franc. Marchus quæſt. 334.* & ex inſtrumentis probantur fines, *l. in finalibus ff finium regundor. Cardinal. Pariſ. in conſil. 101. cap. cùm cauſam. vbi Doctor. de probat.* & multi *Doctores*, quos congerit nouiſsimè in *conſil. 100. Ioannes Baptiſta Valenzuela*, quem virum inſignem olim collegam ſuum, nunc apud Catholicam Maieſtatem in ſupremo

Digitized by Google

mo Italico Senatu Regentem meritissimum vocat *Regens Constantius Marchio Corleti in l. vnica Cod. de classic. in commentarijs super 3. lib. Codicis*: probant enim in antiquis instrumenta, ex his enim publica fama resultat,& opinio hominum in talibus confinibus, quæ ad plenã probationem sufficiunt in factis antiquis, vt not. *in l. at qui natura §. cum me absente de negot. gest. & in leg. proprietate Cod. de probat. vbi Bald. & Castrens. glos. in cap. si Papa de priuileg. in 6.* quia per instrumenta narratiua probantur confinia in antiquis,sicut per libros *Butr. in cap. dilectus de succes. ab intestat. & in Clement. 1. de probat. glos. in cap. cum olim de censibus*; confines enim in instrumento enunciati probant dominium inter partes enunciatos *Afflict. decis. 83.* Sicut etiam probantur fines in antiquis per testes de auditu antiquorum,& communis opinionis *Bald. in l. super. de rei vendic. & in l. conuenticulam Cod. de Episc. & Cler. Franc. Marchus quæst. 334. par. 2.* & qualiter probentur fines per libros,vel per testes,aut famam, & de modo probandi vide *Misinger. obseruat. 26. cent. 6.* & quod testes de communitate,& de patria testimonium ferre possunt in causis finium pro sua patria,quia non agitur de eorum particulari,& proprio commodo respectu possessionis,& proprietatis,sed de iure vniuersali, & iurisdictione eorum patriæ,secundum quod dicunt communiter Doctores *Iason in leg. sed si hæc §. qui manumittitur ff. de in ius vocand. & Bart. in l. in tantum §. vniuersitatis ff. de rerum diuis. Capoll. de seruitut. rustic. præd. in titulo de seruit. iur. pascen. est decis. Pedemont. 96. Afflict. decis. 400.* debet tamen numerus dictorum testium esse, vt quod deficit in fide numerus suppleat, *l. 3. §. quæ argumenta ff. de testibus, Dec. consil. 163. Alexander consil. 5. lib. 1.* quia detrahitur eorum de fide,vt non sint omni exceptione maiores propter verisimilem affectionem, quam habere creduntur erga suam patriam *Corneus consil. 247. lib. 2.* & limites territoriorum quomodo probentur vide eumdẽ *Misinger. obseruat. 25. Franc. Marcum quæst. 159. par. 2. & quæst. 334.* & decem modos per quos possint confinia probari, vide *Guid. Papa decis. 193. Dec consil. 4* & quod fines locorum probantur per libros antiquos,seù scripturas,dixit *Abbas cons. 62. lib. 2.* & quod libri extimi probent in eo bona descripta sub finibus eius esse sub cuius extimo sunt notata, & descripta, & in materia solutionis bona tenentiæ allegat multos *Doctores* idem *Regens Valenzuela in d.* suo copiosissimo, & multæ eruditionis pleno *Consilio, Menoch. consil. 147. lib. 2.* vbi dixit quod leues probationes,& coniecturales sufficiunt in probandis antiquis finibus,quibus non sunt omninò necessariæ probationes exactæ; sufficiunt enim in hac limitum probatione adminicula probationum,vnde ante probationes nõ requiruntur,quia semiplenè sufficiunt *Card. Florent. in clem. 1. de probat.* ex leui enim probatione confines probantur, *c. cum olim de censibus, vbi Abb. & cap. cum causam de probat.* per argumenta enim fit probatio finium, cui non est contrarium ius commune, *glos. in c. si Papa de priuilegijs in 6.* & dixit etiam *Menoch. d. consil. 147.* quod custodia arguit etiam fines esse custodientis, vnde per appositionem custodium probantur confines, & territoria, *l. si ita §. mulier ff. de fundo instru.* & multos congerit ad hoc idem *Regens Valenzuela in d. consil. 100.* Custodia enim ex parte custodientis iurisdictionem arguit in loco custodito *Capyc. decis. 27.* vbi ego dixi in additionibus meis ad *Capyc. & Bald. in l. traditionibus ff. de pact. Menoch. consil. 21. Brunus consil. 34. & Peregr. consil. 114. vol. 3.* & etiam per exactionem gabellarum, & collectarum, & per exercitium baiulationis factum in territorio,& per exercitium portulaniæ,& per exercitium Iurisdictionis probari territorij fines est *text. in cap. cum olim de censibus, Baldus in dicto cap. cùm causam de probat.* & alij; quos allegat ibi *idem Regens*, subiungens propterea, fines quod remaneant probati ex captura delinquentium in territorio litigioso,& illorum punitione,quia si hoc solum facit furcarum erectio,multo magis delinquentium punitio, *Bald consil. 140. lib. 1.*

84 *Io. de Amicis consil. 149.* quando enim in limitibus Ciuitatum, vel alio in loco erectæ furcæ reperiuntur,dominium aeris erigentis denotant argum. *text. in cap. vbi periculum de elect. in 6.* quia ibi suspensi pendent in aere; magna est enim significatio meri imperij, ista furcarum erectio, quia merum imperium consistit in quatuor elementis,in aere,vt supra in furcis, in igne, vt quando aliquis comburitur propter crimen, in aqua vt quando aliquis ponitur in eculeo,& proijcitur in aquam *l. 1. de parricid.* in terra,vt quando aliquis in terram prosternitur, & decapitatur, *l. 3. Cod. de Episcopali Audient.* vt dicit *Bal. in consil. 445. lib. 5.* maximum enim est signum Iurisdictionis,& territorij imponere,atq; fixare furcas, signum est enim hoc designans territorium *Bald. in l. à procuratore Cod. mandat.* & latè *Cassan. in loco infer. citando §. 8.* hinc dicimus, quod pendente lite inter duas Ciuitates super territorio,furcæ erigi non debent,attamen si furca vltra annum, & diem erecta steterit, eam amouere nõ debet authoritate propria alia vniuersitas,hoc enim est possessorem turbare,vnde & ciuiliter, & criminaliter agi potest *Bald. in l. 2. Cod. de seruit. & aqua, Faber in §. retinendæ de interdict.* & de hac furcarum erectione, vide *Bald.* latè *in leg. data opera, Cod. qui accusar. non poss. & in l. Arboribus §. de illo de vsufruct.* signa enim oculis non subiecta,vt sunt accusationes, inquisitiones, & condemnationes aduersus delinquentes in aliquo loco arguunt in eo loco iurisdictionem illius *Socc. consil. 15. lib. 3. Cod. vbi,& apud quem, & in l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. Præf.* sicut captura hominum,& furcarum erectio,& proclamata,& edicta in loco publicata arguunt superioritatem in loco *Capyc. in dec. 27.* vbi ego scripsi *Natta consil. 636. Innocentius in cap. dilectus de Cappell. Monach.* immò dicit *Capyc. ibi nu. 29. & 30.* etiam quod non sit paritum, sed *Peregrinus consil. 114. vol. 3.* cum præceptis obedientiam

Digitized by Google

dientiam desiderat, cum *Afflict. dec. 165.* cui ego etiam libenter assentior, & idem faciunt tenere vexilla, idem *Capyc. ibidem*, sicut insignia, & arma pingere in loco, vt per eumdem *Capyc. ibidem*, sicut citare, & ius dicere in loco, *Roland. cons. 1. lib. 2. Bru. consil. 34. Menoch. consil. 31. Afflict. dec. 261.* sicut inhibere in loco, *Caphal. consil. 458. Bero. consil. 117 lib. 3.* sicut arma concedere, vel prohibere, vt in *auth. de armis, & Cod. vt armorum vsus, & Restaur. de Imper. quæst. 110.* sicut etiam mulctas indicere, & pœnas, *Bald. in l. 2. Cod. de vsur. rei iudic. Capyc. loco citato*, bannitos restituere, & gratiam facere in delictis, *Bart. in l relegat ff. de pœn.* & Iudices dare, seu delegare, *l Imperium ff. de Iurisd. omn. Iud. Menoch. consil. 147. Natta consil. 36.* & octo modos posuit *Cassan.* ad probandum fines in *Consuet. Burgund. rubr. 1. in glos. ou territore*, & posuit etiam modos probandi limites *Auendan. in cap. 4. de exequen. mand.*

15 Vnum tamen est aduertendum in hac materia probationis finium, quod illa pars obtinere debet, quæ melius probauit confinia necessaria, vel verisimilia, quia probationis iustitia facit probantē potiorem, *l. 1. Cod. de edicto Diui Adr. tollend.* vbi dicitur, quòd quando vtraque pars intentionem suam fundat, potest Iudex ex discreto motu animi sui, solo Deo inspecto, & nō adhærendo per viam alicu us carnalitatis, amicitiæ, vel alterius passionis eligere, quam partē vult obtinere, *l. duo iudices dati ff. de re iud.* sed si non vult adhærere, quia animus suus non plicat magis ad vnum, quàm ad alium, non habebit locu disputatio illa, de duobus pariter probantibus in vti possidetis, de qua in *l. 1. Cod. vti possidet* quia nō habet locum in iudicio finium regundorum, quod est iudicium petitorium, *l. incerti Cod. de interdict.* in quo Iudex non potest dicere vti possidetis, ità possidetis, quia nihil continetur in ista sententia, *l. 3 C. de sentēt.* Vnde oportet, vt Iudex inuitis dentibus suis diffiniat, vt vtar verbis *Bal. in d. cons. 445.* quem refert, & sequitur *Paris de Put. in tract. reintegr. feudor. in tit. de finibus feudorum fol. mihi 169.* à tergo. Ideo dicit *Auendan. loco cit.* quod Iudices debent oculis proprijs terminos visitare, & limites; notoria enim solet esse per oculorum inspectionem probatio, quia hæc minuit omne probationis genus, *l. si irruptione §. ad officium ff. fin. regundor.* & an actio finium regundorum habeat admixtam causam possessionis, & proprietatis, & quomodo procedatur in hac actione, & quid sit in ea probandum, & faciendum vide omnino *Benintend. dec. 86.* & an de possessione prius, & demum de proprietate sit quærendum, & postmodum de terminis figendis vide *Natta cons. 672. & seq. tomo 1.* & quod in hoc iudicio agens dicatur, qui primo prouocauit, est *tex. in l. 13. & 14. ff de iudic.* vbi quod forte res discerni solet, si ambo ad iudicium prouocant, & an quælibet ciuitas, villa, castrum habeat territorium, & ad quem pertineat terminos assignare, vide *Auend. in d. tract. c. 4. p. 1.* Et an pro cōseruatione terminorum possit aliquis suos terminos defendere, etiam vi, & manu armata, vide *eumdem Auen.* vbi etiam qualiter ponentur limites amoti, & qualiter exequatur sententia terminorum, & sententia super finali controuersia lata, si per eum fines euidēter appareant, licet termini non fuerint positi, si transitum fecerit in rem iudicatam exequenda erit, licet pars contraria dicat vltra illos fines possedisse, *Monte cap. 107. de fin. regund. Gemin. consil. 100.*

Et non apparentibus finibus, si denuo poni debēt, Iudex sequi debetur, quod est magis verisimile, & magis sequi vias regales, & publicas, quam vicinales, & paruas, quæ sunt mutabiles, & sequi debet etiam perennes aquas, colles, & mōtes, adhibito consilio in illis locis seniorum, & prudentum, *Bald. cons. 468. lib. 3. & in l. cum causam de probat.* & sumpto etiā geometrarum consilio, *l. si qui super, C fin. regund. l. inter Castellanum ff. de arbitr.* & probatis confinium extremitatibus, probata creduntur esse quoque media, quia per extremitates ex multis media probari dicit *Fel. in c. inter dilectos de fide instrum. Barbat. cons. 37 lib. 2.* & dicit in terminis *Alciat. in regula 3. præsump. 22. Bart. in l. Celsus ff. de vsucap. Menoch præsumpt. 36. lib. 6.* nisi medium sit omninò inhabile, *Mont. cap. 93. in tract. de fin. regund* Et in hoc iure pascendi aduertat Vniuersitas in modo articulandi, & probandi, quia debent articuli, & probationes continere, quod Vniuersitas in vsu pascēdi cum scientia, & patientia aduersarij per tempus immemoriale, ita vt singulares dictæ Vniuersitatis, nomine Vniuersitatis, concurrēte voluntate, & scientia Rectorū Vniuersitatis, vsi sunt pascuis prædictis, *Veronen. in tract. de seruit. rust. præd. c. 9 de seruit. iuris pascend. Bald. cons. 373. vol. 3. Dec. cons. 121. Card. Parisius cons. 27. lib. 1.* quia dicit *Bart. in l. aut facta § fin. ff. de pœn.* quod licet omnes de Vniuersitate fecissent aliquid, nō dicetur Vniuersitatem fecisse, sed singulares, & particulares homines, sed Vniuersitas dicitur facere, quando congregata legitimè aliquid facit, & cōsilio deliberato; aliud est enim Vniuersitas, & aliud singulares de Vniuersitate, *glos. in l. sicut §. si quid ff. quod cuiusq; Vniuersit. nom.* & Vniuersitati non quęritur ius, neq; possessio ex actibus singulorū, *l. pen. §. municeps ff. de acq. poss.* licet non ignorem dixisse *Hieron. de Monte in tract. finium regund.* communem esse opinionem, quod possit Vniuersitas præscribere per particularium possessionem absque Vniuersitatis mādato, dummodo interueniat Vniuersitatis, aut ipsius regiminis scientia, quæ per patientiam præsumitur, & loco mandati habetur patientia, & factum ab omnibus singularibus, seu maiori parte eorum factum Vniuersitatis dici, *Ant. Gabr. conclus. 1. tit. quod cuiusque Vniuersit. nomine*, & idem tali casu esse singulos de Vniuersitate, & Vniuersitatem, & similiter dixisse *glos. in d. §. si quid*, Vniuersitati sufficere tali casu allegare Vniuersitatem illos actus particularium nomine Vniuersitatis, & de eius voluntate factos fuisse, quia probando vsum omnium particularium, seu maioris partis eorum, quod probatus sit consensus,

Digitized by Google

sensus, vnde factum Vniuersitatis censetur hoc dictorum singularium factum, vbi *Castrens.* quia scio etiam *d. glos.* vbi dixerunt falsam *Boer. in tract. de sindic. Cravet. cons. 55. & Capyc. dec. 209.* dicentes, gestum à particularibus, vel eorum maiori parte ab Vniuersitate gestum esse censetur, etiam non gestum consilio conuocato, & sequuta deliberatione, quando durarent longo tempore, & successiui, tam casu isto nemo dicere potest hominum Vniuersitatis scientiam non interuenisse congregatorum legitimè, nam dicitur Vniuersitas legitimè congregata consentire, & pati, quæ ignorat nequeunt per homines congregatos legitimè, vt dixi latè ad di-
26 ctam *decis. Capyc.* 209. Limitis autem possessio an possit præscribi, est *tex in c. inter 16. quæst. 3.* & quod actio finium regundorum spatio triginta annorum præscribatur, est *tex. in l. fin. Cod. fin. regund. Ang. Aret. & Faber in §. quædam, inst. de act.* vbi *Ias.* & an limites finium præscribantur, vide *Menoch cons. 147. allegat. & Franc. Marchum quæst. 170 & 210. eadem par. 2. Bart. in l. 2. §. cum Stichum ff. pro empto. Misinger. obseruat. 28. cent. 6.*

27 *Ad num. 2.* vbi dicit *Minadous* quòd non apparente legitimo titulo, illa possessio, etiam 40. annorum, nihil releuat, vt dicit *glos. in constit. quadragenalem.* Adde tu, quòd quando possessioni alicuius resistit ius cõmune leuiter tantum, & sic leuis est contraria præsumptio, tunc ad illius manutentionem, & conseruationem titulus aliquis non requiritur, nec verus, nec coloratus, sed sola sufficit possessio, & in istis terminis loquitur *decis. Capyc.* 189. vt dixi ego in additionibus meis ad dictam *decisionem Capyc. & Couarr. q. 7. pract. quæst. Menoch de retin. possess. remed. vltimo,* & in seruitutibus iuris pascendi, lignandi, aquandi in territorio, & fundo suo, vel iuris immittendi signa, vel vtendi alia seruitute in domo sua, secus autem erit, quando hæc iuris præsumptio fortiter resistit, & vehementer vni, & alteri assistit, vt per *Menoch. loco cit.* vt in exemplis traditis *in c. 1. de præscript. in 6.* vel de possessione eorũ, quæ de iure cõmuni spectãt ad Principẽ, vt de regalijs, *c. 1 quæ sint regal.* quæ solus Regis præsumuntur: vt sunt inter cætera iurisdictio, vel quando quis prætenderet habere iurisdictionem infra fines Principis territorij, vel Baronis, vt in casu huius decisionis, quia his, & similibus casibus in quibus ius commune præsumit contra possessionem illam, cui etiam resistit fortiter, quia reprobam eam præsumit, vitiosam, & iniustam, & alteri ius cõmune assistit, vnde sequitur, quod allegando probat alicuius iuris possessionem aliquis, & contra eum ius commune resistit fortiter, & vehementer in illo iure, & possessione, vt in casibus prædictis, & similibus, non debet lite pendente in illa possessione, seu quasi conseruari, nisi exhibeat titulum, & per illum possessionem suam iustificet, *c. ad decimas de restit. spol. in 6. & c. de quarta de decim. & c. 1. de præscript. in 6. & c. cùm personæ de priuileg. in 6.* vbi *Io. Andre. Anchar. Dominic. Phil. Franch. Curt. Iunior cons. 90. Molina, & Portol.* quos sequitur nouissimè *Sese* doctissimus in *in tractat. de inhibit. c. 5. §. 10.* vbi satis resolutè loquitur, & declarat, & *Capyc. decis. 77.* vbi ego dixi in Additionibus meis ad *Capycij* decisiones, & dixi etiam in *decis.* eiusdem *Capycij* 189. latè, quia multa constituit singularia in foro, & in iure ista iuris resistentia, & inter cætera, vt non possit ille manuteneri in possessione lite pendente, cui iuris communis præsumptio resistit *Idem Capyc. loco citato, & Boss. in tit. de Principe, & d. c. cùm personæ, Peregr. de fideicom. art. 2. Cacheran. decis. 116. Menoch. de recup. possess. in 15. remedio, &c* multas decisiones refert, & congerit *Idem Sese loc. cit. & ex d. c. cum personæ,* Idem refert *Ancharan.* quem sequitur *Regens de Ponte in decis. Collateralis Consilij* 18. quod lite pendente possit possessor contra quem facit ius commune turbari, & violenter expelli, & dixit *Io. Faber in §. retinendæ instit. de interdictis,* quod si quis habet multos actus possessiuos iurisdictionales in aliena iurisdictione, & territorio alterius si dominus illius iurisdictionis, & territorij turbaret illum in sua possessione, seu quasi suorum actuum possessiuorum, non poterit aliter turbatus intentare contra turbantem interdictum vti possidetis, nisi suæ possessionis, seu quasi titulum ostendat, quia ille qui turbatur, & possessionem in alieno territorio allegat, habet iuris resistentiam contra se, sed ille qui turbat in suo proprio territorio, & iurisdictione, habet intentionem fundatam de iure communi, & sic iuris assistentiam pro se, & interdictum vti possidetis non datur ei cui ius resistit, contra illum, qui de iure communi est fundatus, nisi titulum probet, & *Io. Fabrum* sequitur *Consiliarius Rouit. in d. præg. 1. de iurisd. inuic. non turband.* Immò ponderat dictum *Io. Fabri* in indiuiduo ad casum de quo tractabat *Consiliarius Rouitus,* quod etiam facit ad casum, de quo quærebatur in hac decisione de fida, & diffida, quę prętendebatur per vniuersitatem septem fratrum in territorio Baron s illius terræ, vt si quis dicat habere quasi possessionẽ iuridictionis infra fines territorij alicu us Comitis, vel Baronis, agẽs hoc interdicto debeat succumbere, allegans etiã *Menoch in remed 3 de retinend possess.* & *decisionem nouiss Rotæ Romanæ* apud *Ludouisium* 370. & facit quod dixit *Philipp. Francus,* quem sequitur idem *Rouitus,* vt lite pendente non debeat quis turbari, vel sua possessione priuari, etiam si possideat contra ius commune. dummodo titulo sit adiuta non solum allegato, sed producto, vnde non iuuaret possessio illa, si ei ius commune resistat, nisi fuerit adiuta titulo, ex quibus defendit per quamplurimos annos Marchionẽ Oriæ contra Regium Baiulum Ciuitatis Licij, qui prætendebat habere iurisdictionem in tota Prouincia Hidruntina, & Barensi, & signanter in statu dicti Marchionis, cõtra quem intentauit interdictum retinendæ possessionis, præsentando actus possessiuos, qui erant innumerabiles, & quia nullo erant titulo adiuti actus illi possessiui, non potuit obtinere, nec etiam lite pendente in Regia Camera, vbi lis vertebat; vnde citationes nullam faciunt resultare

Digitized by Google

tare poſſeſſionem,ſeu quasi exercendi iuriſdictionem in alieno territorio,niſi conſtet illos citatos comparuiſſe, & citanti obedientiam præſtitiſſe,*Bal.in l.data opera Cod.qui accuſ.non poſſ. Alex.conſ.43.lib.1.* nec etiam aliqua acquiritur iuriſdictio contra contumacem, etiam ſi fuerit deuentum ad ſententiam,non conſtito de illius ſententiæ obſeruantia, *Innoc.in c. olim de reſtit. ſpoliat.Bal.in c.1. §.ſacramentum de conſuet.recti feudi,* immò *idem Conſiliarius Romitus* his addit in *dicta Prag.1.*quod horum ratio eſt,quia iuris adminicula deſiderat poſſeſſorium Iuriſdictionis, vnde mixtum appellatur poſſeſſorium, & quia fundatur in iure exercitium non ſufficit ſolum aliquorum actuum, ſed in aliquo vero iure,vel præſumpto fundari ſe debet,*Bal.in l.1. Cod ſi de momentan.poſſeſſ.* nihil enim poſſeſſio valet in iuriſdictionibus ſine titulo, *Verall.dec. 304. part.3.* & in præfatis titulum requiri cum illa poſſeſſione, declarat latè *Regens de Ponte conſ. 97. vol.1.* ad intellectum dicti *cap. cùm perſonæ*, & sic etiam communem vocauit ſententiam *Abbas in cap.finali.vt lite pendente*, non eſſe aliquem turbandum lite pendente in poſſeſſione, quam tenet, licet ei iuris communis præſumptio reſiſtat, & *Natta conſ.121. & Caſtrenſ. conſ.3.lib.2. Neuizan.conſ.80. & 81. Roland. à Valle conſ. 8. lib.4.* cui tamen ſententiæ obſtat *tex. in d. capitulo cùm perſonæ, & cap. ad decimas de reſtitu. ſpoliat. & cap.1. de præſcript. in 6.* Ideò rectè de hoc ſentit *Couarruuias in d. cap.17.pract.quæſt.* vt si res ſtat poſſidenti vehementer iuris communis præſumptio, si poſſeſſio sit diutina, vt melius declarat *Vaſq.controu. illuſt cap.86.*& careat omni vitio precarię rogationis,aut violentiæ,aut clandeſtinitatis,& benè manutenendus eſt in dicta poſſeſſione lite pendente, licet illa diutina poſſeſsio non ſufficeret ad obtinēdum in plenario poſſeſsorio,eo quod aliud sit poſſeſsio, & aliud proprietas; debet enim in poſſeſsorio ſummariſſimo qui poſſidet manuteneri in poſſeſſione, quia tali caſu non eſt attendenda poſſeſſionis iuſtitia, vel iniuſtitia,ſed hoc eſt attendendum in poſſeſsorio ordinario, *Milanenſ. deciſ.1.* & hoc eſt illud, quod dicit communem ſententiam *Abbas loco citato*, & alij,quia in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio inſpicienda eſt mera pedum poſitio, & detentatio quantumcumque fuiſſet iniuſta, dummodo taliter poſſidens non turbari prætendat aduerſus illum, contra quem de recenti poſſidet precario, vel clam, aut vi, quia tunc præferretur ille alter,& idem ſentit *Virgin.Boccac.in tract.de manutent.cap.2.10.& 12.Menoch. de retinend.poſſeſſ.remed.vlt.*intelligendo tamē, quod dictum eſt, vt attendi non debeat iuſtitia,vel iniuſtitia poſſeſſionis, vbi diſputandum eſt vt valeat cognoſci de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis:ſecus autem vbi appareret de poſſeſsionis iniuſtitia ſine diſputatione, quia iſto caſu non eſſet talis poſſeſſor manutenendus in poſſeſsione lite pendēte *Ioſeph Seſe in d.§.10. c. 5.de inhibit.& Gaſpar. Roderic.in tract.de annuis redditibus lib.1.c.17.*dicentes,quod ſicut vehemens iuris præſumptio facit ne manuteneatur in poſſeſsione poſsidens, ſicut dixi ſuperius, tanto magis cum ſimus in claris, vnde ita ſunt intelligendi *Doctores* dicentes non iuuare poſſeſsionem,vbi ius reſiſtit,vt dixi, quo caſu debet eſſe indubitatum vt poſſeſſor,qui dicit eſſe in poſſeſsione,cui ius reſiſtit non debeat manuteneri lite pendente in poſſeſsione, vt per *Borgnin.Caualc.deciſ.17.Rebuff.in tract.de decimis*, quando autem non reſiſtit vehemens iuris præſumptio ſed ſimplex,vt in exemplis traditis ſuperius in materia iuris paſcendi,& alijs ſeruitutibus, tunc erit poſſeſſor lite pendente conſeruandus in ſua poſſeſſione, vel quaſi, vt per *Capyc. in dicta deciſ.180. & 96.* ſuperius allegat. & per ea,quæ ibi ſcripſi;nō tamen eſſet manutenendus talis poſſeſſor in poſſeſſione iurium ad Principem pertinentium de iure communi, lite pendente,niſi de titulo appareat,qui ſaltem quoad effectum dictæ interlocutionis valeat dictam iuris præſumptionem elidere, vt dixi ſuperius;fiſcus enim,& Princeps fundatam habēt intentionem iure ſuo vti poſſe, vnde probatio poſſeſſionis poſſeſſorem iuuare non poteſt, vt interim lite pendente poſſit in poſſeſſione manuteneri, *Peregrin.in tit.de iure fiſci,tit.8 de præſcript. & in tract.de fideicom.art.52.* & latè per *Couarr.d.c.17.*

18 Affidandi ius, & diffidandi, quod ſit iuriſdictionis, & iuriſdictio ſpectat ad dominum, vt dicit *Minadous hic nu.3.* Adde, quod hunc *Minadoum* ſequitur *Regens Valenzuela conſ.100.* & facit quod dicit *Innoc.in c.cùm acceſsiſſent de conſt* vt banna,quod nemo ingrediatur paſcua, & prata emanari non poſſint, niſi à Barone,& eo,qui iuriſdictionem habet in loco,quæ banna non poteſt priuatus emanare,quia ea diffidatio eſt pœna, & actus iuriſdictionis, quæ exerceri non poteſt ſine titulo à priuato, quem ſequitur *Frezza in author 46. ſubfeud.* hinc dicit *Luc. de Penn.in l.quicūque Cod.de fund.limitroph.lib.12.* Quod ſi aliquis priuatus,qui Baro loci non ſit, & nemora,paſcua,& montes poſſideat aquas,& decurſus aquarum,& iuriſdictionem poteſt cogi ad exhibēdum titulum, quomodo poſſideat illa *Capyc.dec.77* vbi ego ſcripſi, *Marin.de ſubfeud lib.3. Conſiliarius Romitus in tit.de paſcuis*, nouiſſimè, & dicit *Affl.in conſt. Regni Cùm per partes Apuleæ*, quod licet domino territorij affidare cui vult territorium ſuum, & alteri denegare affidaturam, *l.ſi pupill § ſi denunciauerit ff.de inſtit.et l.1.ff.naut.caup.& ſtab.*quia quilibet in re ſua moderator eſt, & arbiter, vulgatis iuribus;immò dicit *ibidem Affl.*quod si dominus ſolitus eſt omni anno affidare in ſuo territorio animalia hominum alterius caſtri vicini, quod durauit per annos 30. vel 40. continuatis temporibus, si noluerit poſtea ille dominus amplius affidare, quia paſcua ſui Caſtri vult pro ſe, & ſuis vaſſallis, qui habent nunc multa animalia pluſquā in temporibus præteritis,poteſt iuſtè dicere, quod non vult amplius illos affidare,cum prima charitas incipit à ſeipſo,& dicere poteſt,quia Caſtri territorium non ſufficit nobis,& vobis,ite ad vendentes,& emite vobis, vt dicitur in *Euangelio Matthæi cap.22.* vt dicit

ibidem

Digitized by Google

ibidem Andr. & Abbas in cap. dilecti de arbitris, sequitur *Io. Antonius de Nigr. in c. pondus æquũ*, & ita fuit decisum in Sacro Neapolitano Cons. *Affl. in dec. 290.* quos refert, & sequ tur *Consiliarius Rouitus in tit. de pascuis, Præses de Frãch. dec. 301.* vbi enim competit ius fidandi, est dominij præsumptio, dominorum est ab ingressu arcere, & ingressum permittere, *Regens de Ponte cons. 97.* fida enim dominium arguit, & de demanio Baronum esse dicitur, *Capyc. in verbo fidis, & Frezza author. 48. Cancer. lib. 3. variar.*
19 *cap. 13. Mastrill. de Magistrat. lib. 4 cap. 18.* Ideo Barones possunt banna, & edicta emanare, ne subditi accedant ad sua bona campestria cum animalibus, & hoc sub pœna, *Marin. Frecc. de subfeud. in 24. authoritate, Natta cons. 550. Petra de potest. Princ. c. 7. Brun. in cõs. 101. Roland. à Valle cons. 3. vol. 2. Dec. cons. 199.* quæ pœna non erit nisi fida, & diffida, quæ erit medietas fidæ; non enim poterit maior pœna in banno imponi, quam fidæ, & diffidæ, *Capyc in inuest. feud. in verb. feudorum clausulæ in § fidis, et Frez. loco cit. Andr. et Affl. in d. const. Cùm per partes Apuleæ*; intelligendo tamen, vt prohibitio procedat in territorijs, nemoribus & forestis, quæ sunt pro-
cibar. legat. l. epistolam ff. ad Trebell. Lud. de Casanate in cons. 35. Bar. & Doct. in l. Lucius de legat. 2. Magon. decis. Lucens. 28. quod extendit *Aymon Cravet. cons. 167.* licet per testatorem fuisset mulier illa maritata cum minori pecunia, quã fuisset legata; deberetur tamen legatum, si ab alio fuerit illa mulier maritata, & hoc ignorauerat testator, *l. seruo manumisso de cond. indeb. & l. si iam facta ff. de cond. & demonst. Spinus de testam. glos. 14. Alex. cons. 146. vol. 5. Marsil. in rubr. de fideiussor.* & alij multi, quos refert *Cæuall. pract. commun. quæst. in q. 135.* Nam si sciret testator mulierem esse nuptam tempore testamẽti, aliæ nuptiæ essent expectandæ, *l. si ita legatum de cond. & demonstrat. Iaſ. in l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſ.* licet si nupta esset tempore testamenti, oportet vt testator nuptam illam esse ignoret tempore testamenti, cui debeatur legatum; intelligendo tamen *tex. in d. l. si ita legatum*, vt sint aliæ nuptiæ expectandæ, quando legatum factum est conditionaliter, vt supra, dicẽdo, lego tali mulieri cum nubet, vt dixi in initio hic, & testator nuptam mulierem sciuerit, quia potest cõditio reiterari, vt per *Iaſ. loco cit.* & per *Felin. in c. ad hæc de rescript.* nam *tex. in d. l. si ita legatũ*, in dispositione conditionali procedit, vt per *Mandell. cons. 52.* dicens, quòd in conditionali dispositione, & eius implemento consistit effectus. Benè tamen verum est, quòd si tempore testamenti ignoraret testator nuptam esse illam mulierem, sed postea sciuisset, vel videret illam mulierem nuptam ab alio viuente testatore, & cum non mutasset testamentum, quod poterat mutare, & quia censetur testatorem cum illa voluntate decedere velle, debetur legatum, ac si nupta non esset, pro quo facit *tex. in l. Athletæ §. dat remissionem ff. de excus. tut. l. si mater Cod. de inoffic. testam. Castrens. in cons. 148. Spinus in spec. testament. glos. 10.* Vnde extingui legatum relictum pro puella maritanda, si nupserit viuo testatore dixit *Card. Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib. 12. tit. 1.* nisi sciuerit testator eam nuptam, & non mutauit testamentum, quod mutare poterat, nam ac si nupta non esset, debetur legatum, *Magon. dec. Flor. 2.* dicit, quòd si simpliciter fit legatum pro dote Catharinæ quingentorum aureorum, debetur, retentis ijsdem terminis, legatum, quia potest augeri constante matrimonio, & censetur relictum in auxilium maritandæ, sicut si esset factum legatum Antoniæ aureorum centum, qui dentur ei pro suo matrimonio, vel ingressu Religionis, nam nupta Antonia in vita testatoris post factum testamẽtum, valeret legatum, licet ignorauerit ille, qui legauerit testator, quia non sunt substantiæ legati adiecta verba legati pro suo matrimonio, sed executioni eius, & præstationi, quæ dispositionem quæ præcessit, non mutant, *Purpur. cons. 541. Alex. cons. 134. vol. 6. Ang. consil. 71. Peregr. de fideicomm. art. 37. Ruin. cons. 65. vol. 2. Cravetta consil. 101.* legati causa adimpleta viuo testatore, quod debeatur legatum, *Alex. in l. huiusmodi §. cùm pater de legat. 1.* vbi *Iaſ.* & hæc est veritas, vt per *Castrens. in l. Publius Mœnius ff. de cond. & demonst. Bal. in l. filius Cod. de legat. Magon. dec. Lucens. 28.* & si testator in suo testamẽto relinquat Ioanni decem, qui postmodum idem testator tractu temporis simpliciter dedit decem legatario, non exprimendo, an ex causa legati, vel non, decedente postmodum testatore, poterit peti legatum, *l. huiusmodi § cùm pater ff. de legat. 1. & l. filia omnes Cod. de legat.* Legatum factum pro certa causa, vt puta pro itinere Neapolis, si postmodum testator idem in vita dederit legatario illam quãtitatem pro illo itinere, est extinctum, quia fuit causa legati extincta, *Aymon Cravet. cons. 167.* & ante eum *Doctor.* omnes in *l. filia Cod. de legat.* secus autem si simpliciter nulla expressa causa tradidisset, *d. l. filia, & l. huiusmodi §. cùm pater.* Legata specie, si postea speciem idem testator in vita dederit legatario, extinctum esset legatum, licet simpliciter, & nulla expressa causa, *l. Lucius §. impubem de legat. 2.* secus autem si dederit expressa causa legati, quia non fuit mutata natura legati, vnde reuocare potest illud legatum semper quod voluerit testator, de quo dicit latè *Maluasia in cons. 97.* non tamen tenebitur fructus perceptos medio tẽpore restituere legatarius, sed quãdo testator rem tradidit legatario simpliciter, legatum in donationẽ inter viuos trãsfertur, *Cotta in memorabilibus ver. legatum 2. Magon. dec. Luc. 28.* post not. *Bartoli in l. legatum ff. de legat. 2.*

4 Et quod legatum quantitatis non tollatur per legatum speciei dicit *Abbas in cons. 4. lib. 2.*

5 Et quod si domus legata reficiatur, quod non extinguatur legatum, nisi in totum destruatur, & postmodum à testatore reficiatur est *tex. in l. si ita legatum §. si domus ff. de legat. 1.* & licet *Iaſ. ibi* facit differentiam, tamen post se declarat in *l. domos ff. de legat. 1.*

6 Non tamen extinguitur legatum si post testamentum rem legatam testator alteri obligauerit, quia tenetur illam hæres liberare *l. 3. Cod. de legat. Præs. de Franchis decis. 283.* quia etsi ademptum non censetur legatum si quis rem illam pignori dederit *l. qui post testamen. Cod. de legat.* nisi fuisset pro tanto tempore pignoratio vt luitionis spes non esset, secundum *glos. in l. legata §. finali ff. de suppellect. legat. & in l. qui habebat ff. de legat. 3. Menoch de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 23.* ademptum tamen non dicitur legatum per permutationem *Soccin. cons. 162. lib. 2.* quia videtur rem permutatã loco prioris subrogare, *Cæphalus cons. 599. lib. 4. Ricciard. loco citando infra.*

7 Sed ex voluntaria alienatione rei legatæ extinguitur legatum *Præses de Franchis loco citato*, secus si ex alienatione necessaria, & tunc dicitur necessaria, quando facta est ex rei familiaris necessitate, *Ant. Trigon. singul. 110.* & de hoc vide *tex. in l. si rem suam ff. de legat.* immo dicit *ibi Trigon.* legatum conditionale reuocari etiam per necessariam alienationem, & quando per alienationem rei legatæ videatur recessisse testatorem à priori voluntate vide latè *Cardinal. Manticam in tract. de coniect. vltim. vol. 1 b. 12. tit. 6. Beroum quæst. 9.* alienatio à testatore facta rei legatæ, quod præsumatur necessaria per quam ademptum legatum non censetur, *d. l.*

rem

Digitized by Google

rem legatam Cranetta conſ.784. & Honded. conſ. 77.lib.2.& alij per eum relati,& hanc communem vocant ſententiam,& dixerunt *Bart.in d.l. rem legatam,& in l.3.Cod.de legat.* Alienatio neceſſaria, quæ dicatur, & quæ voluntaria dicit *Honded. conſ.77.vol.2.* & optimè *Ricciardus in tit. de ademptio. legator.* & legato facto domus ex duabus, quas habebat teſtator, qui poſt teſtamentum vendidit domum legatam, & poſt aliquod tempus emit aliam domum, & mortuus fuit cum illo teſtamento,quod extinctum ſit legatum per illius domus alienationem,quia ademptum cenſetur legatum per voluntariam alienationem rei legatæ factam per teſtatorem, *l.cùm ſeruus ff.de adim legat.§.ſi rem inſt.de legat. l.fideicommiſſa § ſi rem de legat.3. Tiraq. de legib. connub. l.16. gloſ.7.* quod procedit etiam ſi teſtator recuperauerit rem vẽditam,& traditam, *d.l.cùm ſeruus*, quod fallit fauore piæ cauſæ,vt dicit *Ricciardus in tit.de ademptio.legator.* intelligendo de alienatione particulari; ſecus vniuerſali,vt per *Carocc.ſing.261. Couarr.de teſtam. par.3. Arct.conſ.74 & Cranett.conſ.114.* vt quia legato fundo, donauerit idem omnia bona ſua, non cenſetur ademptum legatum, niſi ex conjecturis conſtaſſet in hac alienatione vniuerſali includi etiam voluiſſet fundum illum legatum, *Mattienſ. lib.5. recompilat. tit.10. l.7. gloſ.2. & 5.* & limitationes alias,& illationes ad ea,quæ dixi per alienationem rei legatæ,videri legatũ ademptum,vide per *Carocc.ſing.287. Surd de aliment. tit.8 priuil.21. Ricciardum in d.tract.de ademp.legat. Menoch.de præſumpt.lib 4 præſumpt.167.*

8 Sed ſi teſtator legat frumentũ, quod in horreo habet, vendens poſtea illud, & reponens aliud, debetur hoc repoſitum frumentum, *Menoch conſ.15.lib.2.* & idem de oleo,& vino legatis,quia ſi cõſumpta ſunt,& alia tempore mortis reperiantur, debetur in eo quod reperitur eo tempore, ſed pro illa quantitate, quæ tempore teſtamenti reperiebatur,*Præſes de Franch. dec.313.* Non autẽ erit ſic in legato facto vxori de frumento reperto in domo,quia ſi illud cõſumet teſtator, non habebit vxor,ſi tantundem repoſuerit, ſecundum *Manticam ſing.650.* niſi idipſum repoſitum fuerit per modum ſubrogationis, quia tunc ſecus, *l.ſi ſeruus §.ſi quinque*, vbi *Angel.ff.de legat.1.* ſed *Bart.in l.rem legatam de adimend. legat.* dicit maritus legando vxori totũ frumentum,quod domi habebat,ſi poſtea teſtator frumentum illud procedente tempore conſumpſerit, & aliud nouum frumentum repoſuerit, quia cenſetur ſubrogatum loco prioris, valebit legatum, ſicut legatis veſtibus per maritum vxori; poſt conſumptis per vxorem, & alias feciſſet maritus, venirent nouæ veſtes in legato, *Paul.de Caſtro in l.filiæ §.1. ff.de cond. & demonſt.et in l.ſi ſeruus §.qui quinque ff.de legat.1. Camill.Borrell.conſ.96. Bart.in l.rem legatam, & in l.ſi ita ff.de auro,& argen.leg. Aluar.de coniect. ment defunct.* & pro hac opinione *Bartoli* pro vxore in terminis frumenti legati, olei, & vini eſt *deciſio* Sacri Regij Neapolitani Conſilij allegata 313. quã ſequitur *Menoch.de præſumption. lib.4.præſumpt.127.* & ſi legatum factum fuerit vxori per virum omnium denariorum,quos teſtator reperiebatur habere in domo,quo tempore teſtamenti habebat quingentum aureos, quos poſtea ſuperuiuens teſtator depoſuit, & deceſſit, reſpondit *Cæphal.conſ.599.* non videri reuocatum,ſed deberi depoſitum, & refert ſecundũ eius conſilium fuiſſe iudicatum in Concilio quadraginta virorum, & eum ſequitur *Card. Mantica de coniect. vlt.volunt. lib.9.tit.3.* & idem conſuluiſſe *Ludou. Tolentinum* Doctorem excellentiſſimum,& acuti ingenij,ſed contra eos nouiter tenuit *Peregr.in conſil.43. vol.1.* concludens, legatum videri reuocatum ex illa ſpontanea pecuniarum depoſitione extra domum teſtatoris, & Vrſolina, pro qua conſuluit *Cæphal.* quam dixit obtinuiſſe,voluntariè ceſſit liti,vt dicit *Peregr.* cui & ego aſſentio, nam voluntariè vendita re, cenſetur reuocatum legatũ, *l. Sticchum qui meus erit ff. de legat.1. l.qui poſt, Cod.de legat.leg.rem legatam ff.de adimend.legat.* quia ego in materia reuocationis legatorũ facio regulam forſan infallibilem, quando cenſeatur ademptum, vel non legatum, vt illud dicatur ademptum,& reuocatum legatum, quãdo hoc cognoſcitur ex voluntate teſtatoris,ſi colligi poteſt animus voluntatis mente teſtatoris collectæ ex conjecturis legitimis,*l.3.& ſeq.ff.de adim.leg.* Et an ſcilicet compatibilis ſit actus teſtatoris aliqua ratione cum legato,an verò ſi legato aduerſetur, ita vt deprehendatur animus teſtatoris contrarius, vt ſic cenſeatur reuocatum, vel non, quod ex caſibus ſuperius ſpecificè dictis hæc diſtinctio manifeſtatur: hinc generaliter dicitur in dubio legatũ nõ cenſeri ademptum, non enim præſumitur mutatio voluntatis,*l.eum qui,& l.3.de probat.Bal.in l.ſi pluribus ff.de leg.1. Alex. conſil.77.* vnde dicimus hæredi aſſerenti mutatam voluntatem, incumbit onus probandi, *d.l.rem legatam*.

9 Legatum aui non extinguitur, ſi per patrem filiæ factum eſt legatum, *Natta conſil.363.*

10 Dicit etiam ibidem *Natta*,quod legans dotem pater filiæ, quam poſtea dotauit, extinguitur legatum,quia cenſetur ademptum legatum relictum in cauſa dotis, ſi teſtator dotem dederit in vita legatariæ, *Benintend.dec.22.* poterit tamen repetere centum filia, cui pater reliquit ducentum pro dote ipſius maritandæ,ſi maritata filia centum tantum dedit pater nomine dotis, *Bar.in l.67.de legat.* & ſi pater legat dotem,& poſtea dat,videtur animo compenſandi, *Boer.dec.136.Magon.dec.Floren.13.*

11 Legato fundo Titio, & poſtmodum in Codicillo eodem fundo legato Sempronio pro virili debetur ambobus, *Bar.in l.3.de codicillis, Bal.in l.coheredi.§ cohæres in fine ff de vulgar. & pupill.Subſtit Alex conſ.169 vol.5.*

12 Et quid ſi dixerit teſtator, lego Sempronio, quod Caio legaui, an videatur legatum Caio ademiſſe, vide *Facbin.lib.5.controu.iur.c.52.*

13 Legatum factum ab eo alicui Eccleſiæ in qua ſepulturam elegit, ſi poſtmodum alibi ſepulturam elegit,quod videatur ademptum,eſt *tex.in l his conſequenter § fin ff.fam.herciſc.* ſi legatũ fuerit prætextu ſepulturæ, vt dicit *ibi Bal.*

14 Etſi

Digitized by Google

14 Et si res legata pereat, vel fuerit inter viuos donata in vita testatoris alteri, videtur ipsius rei legatum ademptum, *Gomez. Leo dec.* 13. nisi vna ex rebus alternatiue legatis à testatore donetur, remanet alia in legato, pro qua ademptū non videtur, *l. huiusmodi §. si Titio ff. de legat.* 1. & mille legatis ad turrim ædificandam, si legatarius impendat quinque centum ad turrim ædificandam, potest nihilominns petere alium quingentum, *Bart. in l.* 4. *de alim. & cibar. legat.* & legatum vestium centum aureorum factum per testatorem maritum, licet fuerint valoris ducentorum aureorum, non videtur ademptū legatum vestium, vt dicat hæres velle soluere centum, quia legati taxatio respicit solum fauorem legatarij, *l si fundum sub conditione §. si libertus de legat.* 1 *Guliel. de Benedictis in c. Raynutius de testam.* & dixit multa ad hoc *Laderch. cons.* 32. & esset idem etiam si minus legatæ vestes valerent, quam dixisset testator.

15 In fine huius decisionis, vbi rationem affert *Minadous* præcipuè quod illos mouit ad decidendum, prout in hac decisione, quia apparebat de enixa voluntate testatoris volentis deberi legatum siue pecunia exigeretur, siue in solutum darentur introitus illi, quo casu extimatio deberetur. Adde quod legati nominis debitorum exactio antecedens legatum extinguit, sicut subsequens exactio, *Cremensis sing.* 104 *§. tam autem inst. de legat.* vbi *glos.* declarat, nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltro obtulit non petente testatore, vel fuerit exactum, & depositum pro legatario, *l si sic § 1 ff. de legat.* 1. *Aret. in l. cùm seruus §. si Titius ff de legat.* 1. & de sponte offerēte dicit *Honded. cons.* 61. *vol.* 1. & si rem emit, & in vtilitatem patrimonij conuertit, vide *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 2. sicut liberationis legatum non habet effectum si à testatore viuo sit exactum legatum, *l. non solum § liberatio ff de liberat. legat. l. quicumque §. qui Caium ff. de legat.* 1. nam vtroque casu ipsa debiti substantia extinguitur, *l. fideicommissa §. si rem suam ff. de legat.* 3. nisi pecunia exacta fuerit à testatore deposita, *d. § si rem suam*: si autem testator pecuniam legauit sibi debitam, pro qua fuerunt ei data bona insolutum, vel adiudicata, ademptum non intelligitur legatum, si illa bona conseruauit, secus autem si alienauerit illa, *Rom. cons.* 229. *Bal. in l. qui potest ff. de legat.* 1. liberatio relicta debitoribus, an præsumatur relicta debitoribus puris, & nō in diem, vide *Thesaur. decis.* 235. liberationis legatum quod non fiat caducum si moriatur legatarius viuo testatore, immo transeat in hæredem legatarij, *l. si quis in testamento ff. de liberat. legat. Menoch. præsumpt.* 164. *lib.* 4.

16 Et tandem de quo dicit *Minadous*, quod apparebat casu isto de enixa voluntate testatoris. Adde quod in eo, in quo mutata testatoris voluntas apparet, censetur reuocatum legatum, & non in alio, *l. final. ff. de pen. legata*: quia nuda voluntate possunt adimi legata, *l.* 3. *§. vlt. de adimen. legat. & l si iure ff. de legat.* 3. propter inimicitias tamen ademptum legatum intelligitur, quod ampliatur, & limitatur multis modis per *Cardin. Manticam loco cit. tit.* 5. *Gerard. singul.* 3. & quod intelligatur reuocatum legatum propter inimicitias culpa legatarij, secus si culpa testatoris *Roman. singul.* 199. & an facta reconciliatione reconualescat vide eumdem *Girardum singul.* 5. & ex quibus coniecturis intelligantur adempta legata, vide late *Cardinal. Manticam in loco cit.* & legata, & fideicommissa posse ex pœnitentia reuocari non est nouum, *l. fideic. Cod. de fideicommissis.* Ademptio legatorum generalis an adimat legata conditionalia non solum pura vide *Surd. de alimen. tit.* 8. *priuileg.* 20. *Præsid. de Franchis decis.* 69. post *Doctor. in l. Paulo Callimacho §.* 1. *de legat.* 3. *Afflict. decis.* 11. *vbi Vrsil.* dicit tamen *Afflict. in d. dec.* numquam per generalitatem derogatum censetur doti, legitimæ, & legatis pijs.

Ego Flaminius Monacus In vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio an differat à dispensatione.*
2 *Agnati & succedentes ab intestato, an citandi sint in legitimatione naturalium, & quid in spurijs.*
Et quid de consuetudine Neapolis.
Legitimationis stylus in Regno Neapolitano, ibidem, & an censeantur legitimati quoad sedilia.
Clausulæ citra præiudicium venientium ab intestato in legitimatione effectus quis sit.
3 *Legitimatus an succedat in feudis.*
4 *Clericus beneficiarius an possit matrimonium contrahere.*
Ioannes Andreas laudatur, ibidem.

DECISIO XXXIV.

1 QVòd exceptio de qua in hac decis. non faciat quod dicatur dispensatio, ex quo succedit post natalium restitutionem, atque plenariam personæ habilitationem ex *Andrea*, & alijs quos allegat *Minadous num.* 1. Adde quod in materia legitimationis est differentia inter legitimationem, & dispensationem, quia vera est legitimatio quando legitimatus plenè restituitur ingenuitati, & natalibus, ita vt tollatur omnis macula perinde ac si natus esset de legitimo matrimonio, & ad omnes effectus plenè restituitur, tàm iuris ciuilis, quàm municipalis, dispensatio autem est, quando defectus natalium quoad quid tollitur, vel in certo casu, vt si quis ad successiones legitimetur non obstante defectu natalium, aut quoad honores, vel dignitates, quia tunc habetur pro vero legitimo in casu illo dispensationis, & non vltra illum casum extenditur, *Gail. dec.* 142. *par.* 2. Vnde legitimatio, & non dispensatio dicitur illa, per quā fuit aliquis per Principem plenè ad natalia restitutus, vt dicit in *decis. Rotæ Romanæ quinta Achill. de Grass. in titulo qui filij sint legitimi*; etiam si fuerit de filio vxorato facta legitimatio, vt per *Balb. decis.* 22. *& in d. decis. de Grassis* etiam si restituto ad naturalia successio restringeretur per clausulam sine præiudicio venientium ab intestato,

Digitized by Google

ſtato, vt per *eundem de Graſſi. dec. 6. eodem titulo* de qua clauſula dicit *Afflict. dec. 21.*

2 In filio ſpurio tamen, quod non cadat legitimatio, ſed diſpenſatio dicatur, vnde in ea non requiritur agnatorum citatio, ſicut in alijs legitimationibus, ſecundum *Rotam Piſanam deciſ. 222. & eundem Achill. de Graſs. dec. 4. eodem titulo Ricc. collect. 1028.* tamen licet allegati per *Ricc.* & alij etiam *Doctor.* intellexerunt doctrinam *Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.*

3 Vt in legitimatione non citentur agnati, nec alij ſucceſſores ab inteſtato, dum ad patris inſtantiam fit in vita, vel poſt eius mortem: quia ſic diſpoſuiſſet in teſtamẽto; alias citandi erunt ſucceſſores ab inteſtato, ſi nulla præcederet teſtatoris diſpoſitio, vt procederet in filijs naturalibus tantum: ſecus in filijs ſpurijs, qui ſunt legitimandi cum cauſa, & ſic intereſſe prætendentibus citatis; quia tunc videretur diſpenſatio, vt per *Socc. in l. falſa demonſtratio, §. ſed & ſi cui ff. de cond. & demonſtr. Socc. Iun. conſil. 120. vol. 2. Dec. conſil. 287. & 263. & 565.* contra prædictos tamen, & ſequaces eſt communis opinio, quia omnes *Bart. in loco citato* intelligunt etiam in ſpurio, & hanc eſſe communem opinionem fatetur idem *Socc. Iun. in conſil. allegato 120.* & quod hoc iure vtimur dixit nouiſſimè *Regens Ioan. Franciſcus de Ponte Marchio Murconi in tract. de poteſt. Proreg. in titulo de diuerſ. prouiſ. in titulo de legit. ſeu reſtitutione natalium, Soccino* reſpondens vt intelligatur cum ſequacibus, quando pater non ſupplicauit, nec ordinauit legitimationem, ſed illo inſcio ſupplicauit, & impetrauit filius, vel tractatur de bonis fideicommiſſo ſubiectis, non autem de bonis paternis, & liberis, & dicunt aliquando legitimatio non eſt facta per ſupremũ Principem, tunc probatio cauſæ ſemper requiratur, & poſuit ſtilum Regiæ Cancellariæ Neapolis, cuius eſt fieri legitimationes in cauſa patris citra præiudicium liberorum ex regula *Auth. Præterea Cod. de Natural. liber.* & quando fiunt poſt mortem patris cum clauſula illa fiunt citra præiudicium ſuccedentium ab inteſtato; niſi aliter pater diſpoſuiſſet in teſtamento, & fiunt ordinariè quoad honorem, & natalium reſtitutionem, & reſpectu ſedilium Ciuit. Neapolis fuit nouiſſimè addita clauſula citra præiudicium illorum, & propterea nemo citatur in Ciuitate Neapolis, tamen eſt *Conſuetudo Neapolitana in titulo de ſucceſs. ab inteſtato incip. ſi quis vel ſi qua, Vrſill. ad deciſ. Afflicti 195.* & de clauſula illa citrà præiudicium venientium ab inteſtato vide *Capyc. in deciſ. 22.* & quæ ego ibi ſcripſi in additionibus ad deciſ. *Capyc.* & an in legitimatione debeat fieri mentio venientium ab inteſtato vide *Boer. in deciſ. 122.* & quando poſſit fieri in præiudiciũ venient. ab inteſt. *deciſ. Card. Pute. 482. lib. 2.* multa ad materiam legitimationis vide quæ ſcripſi ego in *deciſ. Capycij 194.* & differentiam inter legitimationem, & diſpenſationem, & quomodo diſtinguatur legitimatio à diſpenſatione dicit *Polidor. Ripa in obſeruat. 347.*

Et an Princeps poſſit legitimare illegitimum mortuo Patre in præiudicium agnatorum conſiderauit tria tempora *Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantum allegat.* cui adde notata per *Menoch. conſil. 108. lib. 2.*

Et in legitimatione filij ſpurij quid ſit exprimendum vide *Aluar. Velaſc. conſult. 80. & Franc. Marc. deciſ. 10. par. 1.*

Et clauſula hæc citra præiudicium venientium ab inteſtato præſeruat non ſolum deſcendentes, ſed etiam fratres, & ſorores germanas defuncti ſecundum *deciſ. Rotæ Roman. 501. par. 1. in nouiſſimis Robuſterij*, & de prædicta clauſula vide *Peregrin. conſil. 14. & 15. vol. 3.*

Et ſi fuerit aliquis legitimatus abſque præiudicio venientium ab inteſtato, ſi pater decedat ab inteſtato excludit proximiores, qui defuncto ſuccedere debuiſſent, ſi legitimatio non adeſſet, ſcilicet tranſuerſales, & agnatos non exiſtentibus filijs legitimis, & naturalibus, quia ſuperſtitibus dictis filijs legitimis, & naturalibus patri decedenti non ſuccederet iſte legitimus ab inteſtato, niſi inſtituatur, *Capyc. d. dec. 22.* vbi ego ſcripſi.

Et quæ exceptiones adduci poſſunt contra legitimationis priuilegium poſuit decem, & ſeptem oppoſitiones *Menoch. in conſ. 181. lib. 2. & Franc. Curt.* poſuit decem oppoſitiones *in conſil. 73.* de quibus vide *Roland. in conſil. 89. vol. 1. & Crauet. conſil. 277.* & nouiſſimè *Anell. de Amato Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ* doctiſſimum in ſuo *conſil. 4.*

Et quòd quando quis non ſimpliciter legitimatur, ſed ſub conditione non dicitur propriè legitimatio, ſed diſpenſatio, & ideò ſemper requiritur agnatorum citatio, *Caball. Milleloq. 563.*

Et quod legitimatio eius qui natus eſt ex muliere cum qua matrimonium contrahi non potuiſſet, dicatur diſpenſatio, & non legitimatio, quia eſt odioſa dixit *Menoch. conſil. 181. lib. 2. Dec. conſil. 308. & 338. Raudenſ. in tractat. de analog. cap. 30. & 37. Roland. conſil. 89. Oz. ſc. deciſ. Pedemon. 6.*

Ad eundem num. 1. vbi dicitur quia non erat legitimatus ad feudum. Adde quod ſuccedit in feudo *Miſinger. cent. 5. obſeru. 42. & Boer. deciſ. 122.* dicit vt ad feuda nunquam legitimatus cenſeatur, qui legitimatur, niſi diſcretis verbis exprimatur in priuilegio, vel reſcripto legitimationis, tàm in feudo nouo, quàm in feudo antiquo ex pacto, & prouidẽtia, vt per *Nicolaum ibi*, & eſt *deciſio Cameræ Imperialis 140. Gail. par. 2.* & de ſucceſſione feudi ex pacto, & prouidentia eſt deciſio *Rotæ Rom. 368. par. 1. Serafini in nouiſſimis, & Dec. conſil. 269.* dicit poſſe Principem legitimare filium ſpurium, vt ſuccedat in feudo in præiudicium agnatorum, & *Menoch. conſil. 181. lib 2.* defendit quod non poſſit in feudo antiquo, & proprio, & quod poſſit pater facere legitimare filium ſpurium ad feuda hæreditaria in præiudicium agnatorum tenuit *Afflictus dec. 195.* & in Regno Franciæ legitimatum ſuccedere ſimpliciter in feudo

dicit

Digitized by Google

dicit *Raudens. in tract. de analog. cap. 36. Papon. lib. 21. tit. 3. Arresto 12. Menoch. consil. 156. lib. 2.* & quod legitimatus cum patris consensu per Principem accepto postea feudo, quod in feudo succedat, verum est, si Princeps in legitimatione successionis mentionem fecerit, secus si legitimaret solum simpliciter *Doctor. in c. 1. §. naturales si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agnat. Bursat. consil. 490. Menoch. consil. 520. Clar. in § feudum quæst. 82. Card. Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 31.* sufficeret tamen aliquem esse legitimatum ad feuda, licet non dixerit ad tale, vel tale feudum *Clar. in dicta quæst. 82. Martin. Laudensis de feud. par. 3. princ. in § expedita, Roland. consil. 49. lib. 4.* quod intellexerunt alij in feudis inferioribus, secus autem in feudis dignitatum, & iurisdictionalibus *Anchar. consil. 308. Bald. in l. eam quam Cod. de fideicom.* alij intellexerunt de magnis dignitatibus, sed quia *Bald. ibidem* loquitur de feudis curatis, ideo veniunt iurisdictionalia feuda, de quibus vide ibidem per eos quomodo intelligantur, & quia dixi superius cum patris consensu legitimatus, adderunt etiam quod pater potest licentiam per eum datam in testamento filij naturalis de faciendo se legitimum reuocare, *Menoch. lib. 4. præsumpt. 80. Crauetta de antiq. tempor. §. 1.* & proindè legitimatio nihil valet tanquam contra patris voluntatem obtenta, *Dec. consil. 338. Anchar. consil. 242. Bald. consil. 14. lib. 2.* & quando succedat in feudo filius legitimatus dicit *Idem Menoch. consil. 181. lib. 2. & conf. 16. & 203. lib. 1.* & an possit ad feudum Ecclesiasticum spurius legitimari vide *Afflict. dec. 386.* & an succedat in emphyteusi vide *Thesaurum dec. 84.*

4 *Ad num. 3.* quod nulla erat dispensatio necessaria ex quo absque aliqua dispensatione Clericus etiam beneficiarius potest matrimonium contrahere, licet ipso iure vacent beneficia. Adde quod hoc non procedit in beneficiato constituto in sacris contrahente matrimonium, quia beneficium non perdit, nam est omninò inhabilis ad matrimonium contrahendum, *Maynard dec. 29. lib. 2.* quia Clericus eo ipso quod matrimonium contrahit etiam ratum statim beneficia perdit Ecclesiastica quæcumque, etiam simplicia, & ecclesiasticas dignitates, *cap. 2. vbi glos. & Abbas de cler. coniug. & in cap. cùm decorem, & in cap. quod à te, Diaz. in pract. crim. cap. 74.* habetur *in decis. Cappell. Tholos. 236. Nauarr. in Manual. cap. 25.* etiam si esset occultum, & etiam si matrimonium non valeret ob aliquod extrinsecum defectum, vt puta affinitatis, & consanguinitatis, secus si ob defectum consensus, quia clericus furiosus non tamen perderet beneficia si tantum sponsalia de futuro contraxerit huiusmodi Clericus in minoribus constitutus, *Abbas in d. cap. 1. de Cler. coniugat. Nauar. Diaz, Ioannes Andreas* Tuba iuris Canonici *in cap. Ioannes eodem titulo de Cler. coniug.* vt eum vocat *Peregr. consil. 3. vol. 3.* est Rotæ *dec. 21. Imola in clem. gratiæ de rescript.* & nouissimè *Ricc. in resolut. 36. in praxi vol. 3.* secus autem est in constituto in sacris, quia non perdit beneficia cõtrahens matrimoniũ per verba de præsenti ipso facto, sed poterit per sententiam priuari, *Io. Andreas, & Nauarr. loc. citat.* & ratio est quia constitutus in minoribus non potest seruire beneficio, & vxori, sed constitutus in sacris cogitur vxorem dimittere cum non teneat matrimonium, & quia priuandus est per sententiam ordinis executione, merito priuandus est beneficio, nisi fuerit dispensatum per Episcopum in beneficijs, & ordinibus post pœnitentiam cõdignam *cap. sanè vbi glos. & Abb.* & sequitur *Ricc. loco citato*, & si matrimonium à Clerico contraheretur absque testibus, & Parocho, & non seruata forma *Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat.* quia non perdit beneficium ipso facto, licet sic scienter contrahens possit beneficio priuari, *Thomingius decis. 39.* Illud autem, quod dicit hic *Minadous* Clerico contrahente matrimonium ipso iure vacare beneficia Clerici contrahentis, procedit etiam in pensionibus, vt vacent etiam per contractum matrimonium, *Caputaquens. dec. 313. par. 2.* quæ procedunt etiam non sequuta copula, vt in *decis. Rotæ 21. de probat. in antiquis, & in nouis. dec. 1. in titulo de Cler. coniugat.* & etiam si sponsa Monasterium ingrediatur: sponsa dico de præsenti antequam cognita sit, quia perdit beneficium vacatum per matrimonium contractum, vt in *dec. 49. Curiæ Archiepisc. Neapol. Nauar. Cappell. Tholos. & Diaz. loc. citat., & idem Ricc. in d. resolut.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui factus est dominus litis an possit procedere mortuo principali, & num. 10.*
2 *Mortuo principali quomodo transferatur iudicium in hæredes de stilo Neapolis, & Franciæ; quo casu quomodo sit formanda sententia, num. 11.*
Feudatario decedente sine hærede, & illius nullo apparente legitimo successore an fiscus habeat intentionem fundatam, & an illius possessio sequestretur penes fiscum num. 4. & quid si feudum in vita Baronis fuit alienatum, & quid in subfeudis, num. 7. & 8. & quanto tempore duret sequestrum, num. 9.
Capitulum Regni Neapolitani incip. ex præsumptuosè an corrigat text. in cap. si feudo in titulo si de feudo def. ibid. *& quæ fuerit ratio d. c. ex præsumptuosè num. 6. & de materia vsq; ad num. 10.*
Vincentij de Franchis laus recensetur, num. 10.
5 *Verba aperto iure quid significent.*
10 *Don Garsias Mastrillus laudatur.*
12 *Mandatum quando non expiret morte mandantis cum plur. seqq.*

DECISIO XXXV.

1 QVæsitum fuit in hac decis. an lite contestata per procuratorem mortuo eius principali possit procurator, qui dominus litis est effectus procedere in causa, nullo appa-

Digitized by Google

apparente hærede, & dicit *Minadous*, quòd prima facie videbatur dicendum quod sic per *text. in l. nulla dubitatio Cod. de procurat.* licet secus sit in beneficialibus per *text. in clement. fin. de procurat.*

2 Adde quod quotidie practicatur in Sacro Neapolitano Consilio, quod lite contestata cum procuratore, potest cum eo iudicium finiri, iuxta dispositionem *d. l. nulla allegat.* per *Minadoum*, quod etiam fuit iudicatum in eodem Sacro Consilio habere locum in feudalibus *Capyc. in dec. 186.* vbi ego scripsi in additionibus meis ad dicti *Capycij* decisiones; & licet *Zasius in titulo de re iudicata in summa* dicat citandum esse hæredem, vt fiat translatio instantiæ in ipsum, ab eo receſſit, *Marin. Frezza in differ. 15. inter feud. ex pacto, & hæreditarium*, qui tamen dicit posse procedere opinionem *Zasij*, quando procurator cum quo est lis contestata peteret hoc, non ad finem litis differendæ, sed vt ab eo informetur, si hæres habet alia iura vltra deducta in processu, & secum assistat in lite, & expensas subministret; dixit tamen *Consiliarius Rouit.* nouissimè in *rubr. pragm. de procurat.* benè verum esse, quod adita hæreditate per hæredem, est in electione actoris, vel rei, vel ad vlteriora procedere in causa cum procuratore, cum quo fuit lis contestata, vél hæredem citare in terminis, in quibus causa reperitur, quo casu citato hærede non est opus citare procuratorem, cum quo fuit lis contestata in vita defuncti, nisi ab hærede cõfirmetur procurator, & alio facto procuratore, cum tali nouo procuratore est procedendum, sin autem cum principali procedetur in contumaciam accusatis contumacijs, & ita practicatur; qui dicit etiam, quæ dicta sunt de procuratore cum quo lis contestata est, vt procedant etiam in procuratore constituto post litem contestatam cum principali, nisi fuisset constitutus procurator post factam conclusionem in causa, & nullus esset postea actus celebratus, cum non inducatur cum tali procuratore litis contestationis actus, *Bald. & alij omnes in l. nihil Cod. de procurat.* & de translatione iudicij in hæredem secundum *Caranitam in ritu* 234. est stilus, qui seruatur in hoc Regno, vt mortuo principali in hæredes transferatur iudicium, qui postmodum constituunt eumdem procuratorem, vel alium, & seruatur etiam in Regno Galliæ, vt per *Pisardum ad dec.* 119. *Guid. Pap.* post *Rebuff. in constit. Galliæ tomo 3. in titulo de sentent. art. vlt.*

3 Et cum nullus appareat hæres legitimus, cui aperto iure feudum pertineat fiscus habet fundatam intentionem, quod ei apertum fuerit, vt est *text. in cap. Regni ex præsumptuosè*, vt dicit *hoc eodem num. 1. Minadous* Adde quod per dictum *cap. ex præsumptuosè* corrigitur *text. in cap. si de feudo, in titulo si de feudo defuncti militis*, in quo dicitur; quod orta controuersia inter defuncti agnatos, & dominum, quia dicebant agnati feudum esse antiquum, & consequenter ipsos manutenendos in possessione, & dominus contendebat feudum esse nouum, & tamen fuerunt agnati conseruati in possessione, qui nihil ad prẽstãdum feudum esse antiquum in promptu producebant, vt in *d. cap. si de feudo*, qui corrigitur in hoc Regno Neapol. per *c. ex præsumptuosè*, quod allegat hic *Minadous*,

4 in quo dicitur, feudatario mortuo sine legitima prole possessio feudi sequestri loco penes fiscum remanet, si non probant agnati claro, & aperto iure ipsos succedere, & licet *Andr. in cap. Imperialem §. illud* dixerit, quod disponitur in hoc *cap.* esse contra ius, attamen quia hæc est lex Regis seruanda est, cùm possit nouas leges facere in Regno suo *Afflict. ibidem*, sed prò *d. cap. ex præsumptuosè* facit *text. in l. apud. Iulianum ff. de iure fisci*, vbi patet quod cùm quæstio est de alicuius hæreditate inter priuatos, in qua ius fiscus habere prætendit, est differenda priuatorum quæstio, & primò ius fisci est discutiendum, vt notat *Lucas de Penna in d. cap. ex præsumptuosè.*

5 Et verba hæc, quæ dicit *Minadous*, aperto iure sumpta fuerunt ex *text. in §. in bonæ fidei Instit. de action.* ibi eas compensiones quæ iure aperto nituntur, & intelliguntur aperto iure; ideſt iure scripto, & liquido, non contro uerso à Sapientibus, vt declarat *Loffred. in cap. 1. Lotharius, & Andr. in l. Imperialem* loquendo in propria materia *d. cap. ex præsumptuosè.*

6 Rationem autem decidendi huius *cap. ex præsumpt.* posuit *Bambac. in cap. si de feudo in titulo si de feudo defuncti* dixit esse, quia eo ipso quod agnatus defuncti prætendit feudorum successionem, & tanquam proximior est fundata Regij Fisci intentio, dum agnatus dicta bona esse feudalia dicit, fateri videtur dominium directum penes Regem esse, quia sicut omnia quæ sunt in diœcesi, Episcopi esse præsumuntur, nisi exempla probentur *cap. omnes basilicæ 16. quæst. 7.* sic castra, & feuda omnia quaternata, quæ infra Regni fines sunt per assertionem agentis, vel conuenti, qui fatetur illa tenere à Curia Regis *Andr. in l. Imperialem.* Vnde postquàm agnatus fatetur rem esse feudalem, & directum dominium esse penes Regem, & feudatarium mortuum, nimirũ si mortuo feudatario possessio penes fiscum, pro quo est præsumptio iuris, sequestri loco conseruari debet; nisi claro, & aperto iure per promptas inuestituras, & probationes succederet agnatus, nouum non fit sequestrum, immò reuocatur si factum fuerit *Afflictus dec. 195. 196. & 197.* cuius rationem decidendi *capitis ex præsumptuosè* à Peritis Regni hucusque enucleatum non fuisse dicit *Bambacar. ibidem*; Sed mihi videtur ad huius decidendi rationem verbum vnum euomisse *Minadoum hic* in verbis, quæ posuit in initio huius decisionis *ibi fiscus habet fundatam intentionem, quod ei apertum fuerit*, & rationem decidendi dixit etiam antè *Bambac. Ioan. Anton. de Nigris in d. cap. ex præsumptuosè*, Quod sequestrum non procederet existente legitimo successore, quamuis spurio, sed etiam quoad feuda legitimato, *Boer. dec. 133. Afflict. dec. 195.* licet contrarium fuerit decisum

Digitized by Google

sum, vt refert *Maricond. in constit. Regni incip. instrumentorum robur*; Non tamen haberet locum *dictum cap. ex præsumptuosè* si feudi possessio ante mortem feudatarij titulo particulari penes aliquem perueniret, quamuis in promptu non producatur assensus, quia sufficit illum allegare *Io. Vincent. de Anna allegat. 1. & Regens de Ponte Marchio Murconi consil. 15.* secus autem esset si ille possessor fateatur non habere assensum *Afflict. dec. 197.* vt conciliat *Bambac. in loco citato allegat. 1. Annæ, & dictam decis. Afflicti*, & ante eum *Io. Ant. de Nigris loco citato*.

7

8 Sicut nec etiam procederet sequestrum virtute *d. cap.* in subfeudis Baronum secundum veram conclusionem, vt per *Capyc. in l. Imperialem*, *Frezzam in 15. differ. inter feuda quaternat. & feud. plan. & de tabul.* qui dicit ita fuisse iudicatum, & sequitur *Vrsill. in dec. Aflict. 196. Garzia in dec. 73. Bambac. loco citato*; quia *capitulum* hoc *ex præsumptuosè* loquitur in fisco Regio, & extendi non debet ad Baronem, quia iuris communis est correctorium, quo prohibitum est sequestrum *l. 1. Cod. de probib sequestrat. pecuniæ*, super qua lege *Franc. Curt. tractatum vnum fecit de sequestris*, non enim in correptorijs fit extensio, *Bart. in l. præcipimus de appellat. §. fin. Io. Ant. de Nigris in loco citato*. & hoc *Capitulum* à iure communi exorbitans vocauit *Regens de Ponte in tractatu de potestat. Proreg. in titulo de regali. impositi. §. 6.* & ideò non procedere in subfeudis Baronum, & sic dixit quod practicamus in hoc Regno Neapolis in morte Baronum, & aliorum feudatariorum feuda tenentium immediatè, & in capite à Regia Curia.

9 Benè tamen verum est, quod in materia *dicti cap. ex præsumptuosè* facto sequestro penes fiscum infra annum de causa possessorij agitabitur, quo elapso in causa petitorij tantum audiuntur agnati, *Afflict. d. dec. 196. Bambac. & Regens de Ponte loc. citat. & Io. Ant. de Nigris legat. & Andreas in cap. Imperialem, & Lucas de Penna in l. facultas Cod. de iure fisci*.

10 Et quod sententia debeat formari nomine hæredis defuncti, cùm in hæredem fit transitus à defuncto, vt dicit *Minadous hic num. 2.* Adde quod maxima fuit dubitatio inter Doctores, quomodo esset tali casu concipienda sententia, & varij varia dixerunt, & inter cæteros *Bald. & Corneus in d. l. nulla dubitatio* tenuerunt, vt absoluatur, vel condemnetur procurator, vt procurator hæreditatis, & horum opinionem approbauit Sacrum Neapolitanum Consilium, quod seruat, vt condemnetur procurator cum quo est lis contestata in damnum hæredum, vt per *Præsidem de Franchis dec. 245. Consiliar. Rouit. in rubr. de procurat.* vbi refert varias Doctorum opiniones de iure communi, & est *decisio Rotæ Florentinæ 48.* immò hanc opinionem esse de iure dixit *ibi Præses de Franchis*, dicens, vt in causis antiquis aduertant Iudices, an viuat, vel non viuat principalis, vel procurator, item an sit translata instantia in hæredes, ne postea ex nullitatibus sententiarum partes fatigentur, vt accidit in illa causa quam retulit *ibi Præses de Franchis* acutissimus, vt eum vocat *Consiliarius Rouitus in pragmat. incip. Causa dilationum*, & dignissimum Præsidem vocat *Consiliarius de Anna in consil. 59. & consil. 1.* quia sententia lata contrà, siuè prò mortuo est nulla *l. Paulus Lapa, ff de sentent. siuè appellat. leg. de qua re §. fin. ff. de iudic. leg. in summa §. final. ff de re iudic. Angel. consil. 227. Viuius dec. 52.* & huius rationem posuit *Vantius in tractat. nullit. in titulo de nullitat. & defect. iurisdict.* quia in rerum natura non existente, nullus actus concipi, ac sustineri potest *dicta leg. in summa, §. final. vbi Doctor. & Rubin. in decis. 91.* dixit rationem esse, quia iudicium morte rei finitur, quod procedit etiam si ille, contra quem lata fuit sententia, viuere putabatur *Polid. Rip. in obseruat. 23.* & etiam si sententia esset in fauorem mortui, nulla esset, vt per *Balb. dec. 77.* & ita fuit decisum Neapoli in Regia Camera Summariæ, vt per *Viscontum in dec. Præsid. 245.* in causa Bonesti Bastoni, & Spinolæ anno 1607. Immò dicit *Mising. in obser. 53. cent. 4.* non solum nullam esse sententiam contra mortuum latam, sed etiam contra febricitantem, & allegat *tex. in l. quæsitum ff. de re iud. Mastrill. dec. 137.* quod etiã procedit siue Iudex ignorat mortem, siue sciat, *Cornazz. dec. 145.* nisi non vt Iudici, sed vt parti constaret, *Gail obser. 109 lib. 1. Guido Papa quæst. 86* dicens, quòd si ex actis non constat de morte, non est nulla sententia, quæ contra mortuum profertur, & ibi practicari dicit: sententia enim lata contra mortuum à Iudice habente mortis scientiam nulla est, *Becc. cons. 110. Rebuff. ad const. Galliæ in tit. de sent. art. 3 gl. vnica, Viuius commun opin 710.* vnde idē dixit *Becc. in d. cons.* esse de sententia lata contra febricitantem, vt sit nulla, si tamen de illa infirmitate Iudici constiterit, vt Iudici, *Mising. in 57. obser. cent. 4. Becc. loco cit. Gabr. consil. 50. lib. 1.* & proinde iudicatum fuit in Regno Siciliæ vltra Farum, validã fuisse sententiam contra mortuum in Concistorio, & quia sic pluries fuit in Regno illo iudicatum, fuit hæc praxis sic iudicandi introducta in illo Regno, quia tunc sententia contra mortuum lata non valet, quãdo Iudex habuit scientiam de morte, vt supra, & ita fuit decisum etiã tempore *Don Francisci del Castillo in decis. 60.* eiusdem Regni: fauore tamen libertatis nõ procedit regula, vt sententia contra mortuum sit nulla, *Rubin. in dec. 39. Bart. & Ang. in d. l. in summa § si quis ff. de re iud. & in loco cit. Masuer. in pract. inform. sent. diffin. Carpan. in const. Mediol. cap. 131. Rebuff. in const. Gall. in tit. de sentent. 51. Verall. dec. 140.* qui dicunt idem fauore Ecclesiæ, ac vtilitate, *idem Don Garzias Mastrillus*, quem vocat doctissimum *Regens de Ponte Marchio Murconi in tract. de potestate Proreg. in tit. de assens. super dot.*

11 *Ad num. eundem*, vbi dicit *Minadous*, cùm nullus appareat hæres, meritò dicendum videtur, quod hic procurator licet dominus litis effectus sit, nõ tamen possit amplius litem prosequi. Adde quod per hæc dicta *Minadoi* limi-

Digitized by Google

tatur quod dictum fuit in principio huius decisionis, vt lite contestata cū procuratore possit lis cum eo prosequi, & finiri, iuxta *tex. in l. nulla dubitatio Cod. de procurat. & dec. Capyc.* relatam 186. quia fallit, quando nullus apparet hæres, vt in casu huius decisionis, & hāc *Minadoi* limitationem sequitur nouissimè *Consiliar. Rouit. in d. rubr. de procurat.* & ante eum *Anna sing.* 329. quia est dādus Curator hæreditati iacenti, iuxta tradita per *Capyc. in dec.* 87. vbi ego scripsi, sicut fallit in beneficialibus, vt per *Minadoum hic*, in quibus expirat mandatum, etiam re non integra morte Prælati, vel Rectoris mandantis, *clem. fin. de procurat. Mantica dec.* 213. *Gratian. discept. forens.* 522. *Suarez cons.* 10. *Cassad. dec.* 21. *de appell. Crescent. dec.* 13. *tit. de procurat.* & habetur in *Rota diuersor. dec.* 1263. *par.* 3. quia Prælatus est vsufructuarius in bonis Ecclesiæ, qui vsusfructus morte extinguitur, super quo mandatum fundatur, vnde mādatum ipsum extingui necesse est, *Salyc. in d. l. mandatum*, & etiam si Prælatus renunciet beneficio similiter mandatū expirat, *Ant. Gabr. in tit. de procur. concl.* 3. & ex beneficialibus dixit idem esse in feudo ex pacto, & prouidentia stari, *Frezza in differ.* 15. *inter feud. ex pacto, & prouid. & hæred.* & dixit nō procedere in feudo ex pacto, & prouidētia, *d. l. nulla dubitatio.* nec obstat quod dixit *Capyc. in dec.* 186. quia loquitur in feudo hæreditario, & nō in feudo ex pacto, & prouidentia, de qua limitatione ad *dictam decisionem Capyc.* memini ego in additionibus meis ad dictas decisiones *Capyc.* Et quando dicatur res integra in negotijs, & iudicijs, ad finem vt morte extinguatur mandatum, vide *glos. in Clement. fin. de procurat.* Non tamen expiraret mandatū factum ab administratoribus Vniuersitatis finito eorum officio, *Corneus in l. eius, qui in prouincia ff. si cert. pet.*

12 Mandatum autem regulariter morte mandantis expirat, *l. mandatum Cod. mandati*, re integra *Præses de Franch. dec.* 255. *Magon. dec.* 106. *Flor. & Puteus dec.* 73. *Rotæ Romanæ*, cuius regulæ limitationes vide præter *Doctores in d. l. mandatum, Marsil. sing.* 44. *Iacob. Nouell. ad regul. Petri de Duen.* 87. *Gal. in l. eius, qui in Prouincia ff. si cert. pet.* & fallit hoc, quando procurator est effectus dominus litis (vt dixi superius) & ita fuit concluſum in Senatu Pedamontano, *Ozasch. dec.* 149. *& in Rota Rom.* vt per *Cassador. dec.* 2. *tit. de procurat. & in Rota diuers. dec.* 1046. & in Senatu Mantuano *Surdus dec.* 89.

13 Sicut nec etiam expirat mandatum morte mandantis, quando quis est procurator velut in rem propriam, quando hæredem reliquerit mandans, *Guid. Pap. dec.* 547. est *dec. Rotæ Romanæ* 174. *par.* 2. *diuers.* & tunc dicitur quem facere procuratorem in rem suam, quādo aliquis aliquem in locum suum constituit, *Barz. decis. Bonon.* 26.

14 Sicut nec etiam mandatum expirat, quando principalis pro procuratore satisfecit, *Balbus dec.* 278. *Cappella Tholos. dec.* 164. *Verall. dec.* 189. *Guid. Pap. dec.* 119.

15 Sicut nec expirat mandatum morte Prælati, quando esset à Prælato constitutus procurator ad exequendas aliquas ordinationes, idē *Guid. Pap. quæst.* 491. & licet *Balbus dec.* 364. teneat cōtrarium, illos tamen conciliat *Additionator ad Papam in d. q.* 491. *Ranchinus*.

16 Sicut nec etiam expirat mandatum, quando supplicationem porrexisset principalis ad resignandum, & postea ad præstādum assensum constituisset procuratorem, quia mortuo man-

17 dante, potest procurator consentire, *Crescent. dec.* 7. *de renunc. et in tit. de procurat. dec.* 8. *Puteus dec.* 83. *lib.* 2. *& 268. lib.* 3. *Cassad. dec.* 1. *& 3. in tit. de renunc.* Sed quod expiret mandatum probat ex multis *dec. Rotæ Ricc. resol.* 402. *part.* 3.

18 Sicut nec etiam expirat mandatum morte vnius ex mandantibus, superstite altero mandante, *Ant. Faber dec.* 19. *in tit de mandato.*

Sicut nec expirat, quando mandatum esset exequendum post mortem mandantis, *Vivius dec.* 494.

19 Sicut nec expirat mādatum generale factum à tutore tutorio nomine in litibus cœptis, vt per *Præsidem de Franch. dec.* 466. *Mura in cap. Sicilia* 32. *tom.* 1.

20 Sicut nec expirat in mandato substituti, quia per substituentis mortē non extinguitur, quando ex facultate sibi tradita à principio substituit, secus si proprio iure, vt declarat *Bellamera dec.* 6.

21 Fauore tamen dotis mandatum non extingui dixit *Balb. dec.* 440. nec fauore libertatis re integra dixit Nouarius nouissimè in suo *tract. de elect. fori quæst* 25. *sec.* 1. nec etiam expirat mandatum captiuitate mandantis apud hostes, vel apud latrones, vt dixit nouissimè iudicatum per *Rotam Genuæ, Flaminius Chartar. in dec.* 92.

22 Non tamen solum mandatum tacitè reuocatur per mortem mandantis (vt dictum est) sed etiam reuocatur procurator specialis per constitutionem generalis, *Cornaz. dec. Lucensi* 140. *Puteus dec.* 167. & ita fuisse decisum pluries in *Rota Rom.* præcipuè in nouissimis *decisionibus* 298. testatur *Ricc. in collect.* 2241. sed post eum eius Alumnus *Nouarius*, vt eum in *collectanea* vocat *Ricc.* dixit contrarium in *collectan.* 196. super *pragm. Regni*, scilicet non dici reuocari specialem procuratorem per dationem generalis procuratoris, & allegat eosdem allegat. per *D. Ricc.* iuxta quarum sententiā dicit audiuisse decisum per Curiam Archiep. Neapolitanam, licet primi, & antiqui procuratores per nouorum constitutionem reuocantur, idē *Cornaz. dec.* 188. *Viu. dec.* 15. *Surdus dec.* 295. *Magon. dec. Lucens.* 2. *Boer dec.* 347. & hæc est vna coniectura, quōd sit reuocatus procurator, quando post constitutum procuratorem vnum in vna causa, alius constituatur procurator, *c. si duo procuratores de procurat. in 6. & l. si quis § fin. ff. eod.* nisi exprimat se nolle primum reuocare, *l. si pluribus ff. de leg.* 1. quod limitat *Consiliarius Rouitus* in causis fiscalibus, in *loco infra citando*, & alias coniecturas vide per *Mascar. in loco* similiter *citando*, sequitur etiam ibidem *Nouarius* alios casus reuocationis procuratorum, vt apud eum videri poterit.

23 Idem si dominus liti renunciaueit, & causæ, quia

Digitized by Google

quia censetur reuocatus procurator, *Cassador. dec.2. in tit. de appell. & dec.155. parte 3. diuersor. & in nouissimis Rotæ dec.376.*

24 Aduertat tamen qui vult reuocare procuratorem, vt faciat saltem reuocationem procuratori notificari, ne in causa procedat vlterius ad faciendum acta, *Laurentius in dec. Auenionẽsi 13. Mysing. obser. 44. cent. 5.* & nouissimè hoc probat *Consiliar. Romæ in rubr. de procurat. per glos. in c.2. de procurat. in 6. & in Clement. 1. de renunc.* quod dicit latius procedendum, distinguendo inter procuratorem ad litem, & ad negotia, *Sese dec. Arag. 81.* de quo dicit etiam latissimè *Saguranus de Nigr. in additionibus ad Bal. in l. si mandassem ff. mandat.* Et an reuocatio procuratoris facta ignorante parte, & procuratore valeat, & iudicium cum eo factum nullum reddat, *Præses de Franch. dec.490.* & quod valeat est *tex. in c. mandato procuratoris de procurat. Rom. cons.367.* & si fiat reuocatio post conclusum in causa, quod possit ferri sententia, *c. auditis de procurat. cum glosa.*

Non tamen ad nutum semel in causa constitutus procurator reuocari potest cum cœptum fuerit tractari de meritis causæ, *l. unica cum glos. Cod. de satisdat. Boer. dec.285.* Immò quod non possit post litem cõtestatam, *l. ante litem contest. cum seq. ff. de procurat.* nisi cum causa, *Mascar. de probat. concl.1014. Consil. Romæ loco citato.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Soror vtrinque coniuncta, an masculo præferatur.*
2 *Fœmina iure feudorum an excludatur in successione feudi, & quid de iure Regni Neapolis, nu.3. & 6.*
4 *Coniunctio ex vtroque latere an sit in consideratione in feudis.*
Io. Angel. Pisanellus laudatur, ibidem.
5 *Casus omissus an remaneat in dispositione iuris communis.*
7 *Frater consanguineus, vel soror vtrinque coniuncta, an præferatur in successione feudi.*
8 *Frater vterinus an succedat in feudo fraterno antiquo non proueniente à matre.*
9 *Frater non coniunctus ex illo latere, vnde feudum prouenit, an succedat.*
10 *Frater vterinus an succedat cum fratre vtrinque coniuncto in bonis ex linea materna ad fratrem mortuum obuentis, & quid de sorore vterina cum fratre vterino, ibid. nu.11.*
12 *Frater consanguineus an succedat cũ fratre vtrinque coniuncto in paragio debito sorori, decedente sine filijs.*
13 *Frater vterinus an succedat cum fratre vtrinque coniuncto, mortua sorore vterina, in bonis maternis.*
Andreas Molfesius laudatur. nu. seq.
14 *Frater an succedat in feudo fratri mortuo, & an succedant nepotes ex fratre, & fratres consobrini, ibid.*
Ioannes Andreas Georgius laudatur, ibid.
15 *Frater an succedat fratri in subfeudis.*

DECISIO XXXVI.

1 QVod soror duplici vinculo coniuncta masculo præferatur, quia duplici vinculo coniunctus præfertur, per *Auth. itaq; commu. de successio.* Adde ad idem *tex. in auth. cessante Cod. de legitim. hæred. & in §. reliquum in Auth. de hæred. ab intest. ven. Decius in cons.444. & 484. Corn. cons.131. vol.1. Tiraquell. de retract. prof. §.14. glos.2. Neguss. cons.28. lib.4. Bal. cons.59. lib.4. Socc. art.252. & Socc. Iunior cons.94. lib.1. glos. in constit. Vt de succes. Loffred. in sua parafr. cart. penult.*

2 *Ad n.2.* quod fœmina iure feudorum exclusa est à successione pro causa quam allegat hic *Minad.* Adde rationem huius exclusionis esse, quia fœmina non potest arma gestare, & propter fragilitatem sexus, seù consilij, & voti lubricitatem, quia varia, & mutabilis, & propter publicam honestatem, quæ non patitur vt se cętui virorum fœminæ immisceant, *Cardinalis Paris. cons.4. vol.1. Curtius cons.1. Roland. à Valle cons.41. Afflict. in c.1. §. hoc autem qui feud. dar. poss.* nec potest fœmina seruare ea quæ continentur *in c.1. de noua for. fidelit. & in c.1. de forma vet. fidelit. Dec. cons.139. & 193. Roland. à Valle in cons.23. Afflict. dec.320. Cardinal. Paris. cons.16. vol.4.* sed regulam, quod fœmina sit exclusa à successione feudorum limitat multis modis *Reuerendiss. Episcopus Equensis D. Riccius in collect. 215.*

3 Et quod sit fœmina admissa per *constitutionem* vbi deest masculus, vt dicit ibidem *Minad.* Adde *constitutionem* esse in hoc Regno, illaq; incipit, *In aliquibus*, & aliam quæ incipit, *Vt de successionibus*, quia potest fœmina se capacem reddi ad fidelitatis iuramentum, & illud adimplere mediante persona sui mariti, *Card. Paris. cons.22. & 23. vol.1. & 12. & 21. Fulgos. cons.4. & 86. Natta cons.464. Afflict. in d. constit. In aliquibus, & vt de successionibus, Capyc. dec.10.* vbi ego scripsi, & *Decian. cons.54. lib.2. & Peregrin. cons. 6. vol.1. Alex. cons.10. lib.5.* non obstante iuramento fidelitatis, quia si dispensatum est vt succedat, est etiam dispensatum vt possit seruire per substitutum, *Speculat. in tit. de feudis §. quoniam, idem Cardinal. Paris. in cons.4. & 16. vol.1. Afflict. dec.320.* vndè maritus debet seruire pro vxore, cui fuit datum feudum in dotem, *Capyc. in inuest. feud. in verb. feuda pro dote.*

4 *Ad n.5.* propter duplex vinculum in fœmina, quia hæc ratio non est in consideratione. Adde quod in successione feudorum vtrinq; coniunctio non est in consideratione, *Afflict. Præpos. & Mart. Laud. in c.1. §. his verò de success. feud. Iac. de S. Georgio in tract. de feud. in verbo præsentes, & recipientes*, vbi dicit, quod ita fuit iudicatum in causa nobiliũ de Canalibus, Dominorũ Casaletarũ; nam quantumcunq; in fratre vtrinq; coniuncto duæ qualitates concurrant, non auget effectum, quia ipsarum vna est impertinens, & hanc vocat communem, & verã opinionem *Bal.* qui nihil ignorauit *cons.304. lib.1.* et non obstat *tex. in auth. itaq; commun. de*

Digitized by Google

ſucceſſ. quem allegauit *Minadous* hic in principio ad probandum de iure communi, duplici vinculo coniunctum præferri, quia *dicta auth.* procedit in ſucceſſione allodialium, ſecus autem eſt in ſucceſſione feudalium, vt per *Iacob. in loco cit. & Curt. de feud. par. 3.* tunc fuit deciſum fratrem conſanguineum tantum ſororem excludere vtrinq; coniunctam, *Io. Angel. Piſanell. ad Conſuet. Neapolit. incip. ſed ſi morienti, & Molfeſ. ad eaſdem Conſuet. part. 4. q. 40. in additionibus.*

5 *Ad n. 7.* quòd caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis. Adde quod in feudis caſus ſpecialiter non deciſus per leges feudorum, iure communi deciditur *c. 1. de feudor. cognit. gloſ. & Doctor. in c. 1. de ſucceſſ. fratr. Brun. conſ. 71. Pernus conſ. 9. Cardinal. Pariſ. conſ. 67. lib. 3. Barbat. conſ. 509. lib. 4.*

6 *Ad n. 8. & n. 9.* quòd quando fœmina eſt admiſſa per ſtatutum non exiſtentibus maſculis, non admittitur quando maſculus adeſt ex vno latere, licet fœmina ſit vtroq; latere. Adde quod hoc dicunt etiam *Socc. conſ. 25. vol. 3. & conſ. 304. vol. 2. Ruin conſ. 29. vol. 2. Alciat. in l. 1. de verbor. obligat. Mandoſ. conſ. 81. Berous conſ. 143. & 144. & 145. vol. 2.*

7 Quia primogenito ſuperſtes fuit ſoror vtrinq; coniuncta, & frater conſanguineus tantum fuit commun. voto deciſum fratrē legitimum ſucceſſorem fratri conſanguineo in feudis, quæ à communi patre peruenerunt, extitiſſe, ſaluo iure competenti pro paragio, vt dicit *hic nu. 1.* iuncto *n. 10. Minadous.* Adde quod hanc deciſ. ſequitur *Io. Andr. de Georgio allegat. 21* qui declarat hanc deciſionem, quia hic agitur de ſexu maſculino, & fœmininó, inter quos nullus poteſt eſſe concurſus, vt poſſit duplicitas coniunctionis practicari, & de hoc dixerunt etiam *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. in addit. ad part. 4. q. 4. Borgninus Caualcan. dec. 12. par. 3.* & maſculum tali caſu eſſe admittendum, vt in hac deciſ. dixit etiam alias fuiſſe iudicatum in Sacro Neapolit. Conſilio *Vrſill. in dec. Affluti 28.* & ante eum *Loffred. in paraſraſi feudorum in c. 1. de not. feudor.* & fratrem conſanguineum tantum in materia feudali excludere ſororem vtrinq; cōiunctam *Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. par. 4. q. 40. Piſanell. ad Conſuet. ſi morienti* dicit deciſum, quod in feudo proueniente à patre, remanentibus fratre conſanguineo tantum natu maiore, & vtrinq; coniuncto natu minore, maior natu præfertur, & duo vincula non obſtant, quia duplicitas illa nihil auget reſpectu cognationis, ſecundum ius Francorum, *Conſiliar. Rouit. in pragm. 11. de feud.* & ante eum olim *Conſiliar. Affl. in cap. 1. de grad. ſucceſſ. in feudo*, & alij per eum allegati, & reſpondet tenentibus in contrarium, & *Andr.* anteſignano, qui dicit loqui in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, et non in feudo conceſſo pro ſe, et hæredibus ex corpore, ponens differentiam inter vnā, et aliam inueſtituram, vt conceſſo feudo ſimpliciter pro ſe, et hæredibus, quod tunc vocatur etiam frater vterinus in feudo paterno, ſed quando conceſſum eſt pro ſe, et hæredibus ex corpore, tunc nullo modo comprehenditur frater vterinus, qui ex corpore primi acquirentis non deſcendit ex *Loffredo in c. 1. de nat. ſucceſſ. feudor.* dixit tamen *Rouit.* adhuc ſub Iudice litem eſſe, et tu vide *Milanenſem in loco infra citato*, et quia cognatio in feudis non conſideratur, *cap. 1. §. 1. de grad. ſucceſſ. in feudo*, dixerunt *ibi Andr. Bal. Aluarot. & Affl.* quod frater vtrinq; coniunctus non excludit fratrem conſanguineum tantum, et idem dixerunt *Vulteius de feudis c. 9. Vueſembecius de feudis c. 6. Roſentalis concluſ. 130. Mozius de feudis c. . . . Alex. conſ. 9. lib. 5. Andr. Gail obſeruat. . . . Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloſ. 2.*

8 *Ad n. 11.* Adde quod an frater vterinus ſuccedat in feudo fraterno antiquo, quod à matre non prouenit, ſed à patre, longa fuit controuerſia inter noſtros regnicolas; et omiſſis eorum diſputationibus, vera eſt opinio, vterinum fratrē ſuccedere in feudo, etiam quod non procedit ex latere matris in defectum fratris conſanguinei, non autem fratre extante, qui ex vna linea coniunctus ſit, ex qua feudum prouenit, vt dicit clarè *Andr. in conſtit. Regni incip. Vt de ſucceſſionibus*, et ſequuntur *Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 11. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 4. q. 9. Milanenſ. deciſ. 18. lib. 1.* quos ſequitur noueſſimè *Conſil. Rouit. in pragm. 11. de feudis*, in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, nempe ſexus, et ætatis prærogatiua ſeruata, ſi frater decedat ſuperſtite fratre vterino maiore natu, et fratre conſanguineo natu minore conſanguineus frater, licet natu minor ſuccedet in feudis prouenientibus à patre, et ita deciſum refert *Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 67.* per *conſtit. Regni* quæ vigent in Regno hoc Neapolis, et Siciliæ.

9 Et fratrem non coniunctum ex illo latere, vnde feudum prouenit, ſcilicet conſanguineum ſorori ſuccedere conſanguineæ in feudo materno dixit *Andr. in d. conſtit. vt de ſucceſſ.* et ita fuit iudicatum tempore Regis Caroli dixit idem *Andr. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feudi*, et ita tenuiſſe Regni Peritos dixit *idem in conſtit. ſi quando*, & meminit de deciſione *Fab. de Anna conſ. 125.* quæ procedunt etiam in feudo nouo ſicut in antiquo, *Loffred. conſ. 38. Canet. et Frezza de ſubfeudis in tit. de differ. inter feud. quater. & plan. & de tabula*, et licet difficultas eſſet ſi feudi inueſtitura diceret pro ſe, et hæredibus ex corpore, tamen ex gratia conceſſa à Rege in anno 1589. non obſtante tali inueſtitura, frater vterinus ſuccederet, ceſſat talis difficultas, licet *Affl. & Petr. Piccol. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus* dixerint, fratrē debere eſſe coniunctum ex linea vnde feudum peruenit.

10 Et quod frater vterinus ſimul ſuccedat cum fratre vtrinq; coniuncto in bonis ex linea materna ad mortuum fratrem obuentis, fuit Neapoli deciſum *Præſes de Franch. deciſ. 99. Molfeſ.* noueſſimè *ad conſuet. Neapolit part. 4. q. 39.* & ſimiliter in bonis paternis idem *Præſes deciſ. 93.* vbi quamuis frater vtrinq; coniunctus in ſucceſſione fratris præferatur de iure conſuetudinario in Ciuitate Neapolis, excluſo fratre vterino, vt in *dictis deciſionibus*.

Et

Digitized by Google

11 Et quod soror vterina simul cum fratre vterino admittatur in bonis matri obuentis ex latere ipsius fratris, fuit etiam decisum, idem *Præses de Franchis decis.125.* & quid vigore consuetudinis Neapolis, *Idem decis. sequenti.* quando sunt fratres consanguinei, & fratres, & sorores vtrinq; coniuncti, & pro primo puncto successionis sororis vterinæ cum fratre vterino, post *Præsidem d. decis. 125.* dixit *Molfes. in d. p.4.q.41. Thesaur. quæst. forens.16. lib.1.*

12 Et frater cõsanguineus quod succedat cum fratre vtrinq; coniuncto in paragio debito sorori decedenti sine filijs ante nubilem ætatem fuit Neapoli decisum, vt per *Præsidẽ de Franch. dec.619. Molfes. ad consuet. Neapol. par.4.q.39. & cons.50.*

13 Non tamen fuit decisum in illo Consilio, an frater vterinus cum fratre vtrinq; coniuncto, mortua sorore vterina, succedat in bonis maternis, idem *Præses dec.566.*

14 Frater autem an succedat fratri in feudo, distinguendum est, quia in feudis antiquis benè succedit, *Affl. dec.293* secus autem est in feudo nouo, quia tunc frater fratri non succedit, vt dicit ad dictas *consuet. Neapol. par.4.q.40. Andr. Molfes.* ingeniosissimus, *& Frezza de subfeud. lib.2.q.12. Regens de Ponte in tract. de potest. Proregis tit.9. par.1. & in cons.3. vol.1. & in repet. rubr. de succes. feudor. lect.12.* & eloquentissimus olim *Regius Consiliarius Io. Andr. de Georgio in allegat.21.* in Regno autem hoc Neapolitano frater succedit fratri in feudo antiquo, etiam si inuestitura dicat pro se, & hæredibus ex corpore, vt per *Affl. in const. incip. Vt de successionibus, & in d. dec.293.* & non solum in feudo antiquo, sed etiam in feudo nouo frater fratri succedit, secũdum factam interpretationem *dictæ constitutionis, Vt de successionibus,* vt declarat *Andr. ibidem, & Loffredus cons.38. Affl. in allegat. decisionibus,* & etiam soror fratri succedit, *Frezza de subfeud. lib.2.q.12.* & licet dicatur, quod nisi esset inuestitura pro hæredibus ex corpore, quia tunc frater vti ex corpore non descendens, in Regno fratri non succederet, vt in *locis citatis* dicunt *Doctores,* ex gratia tamen in hoc Regno frater fratri succedit in feudo nouo pro se, & hæredibus ex corpore concesso, vt in *cap.2. fol.169. anni 1570. & in c.3. & anni 1580. c.1. fol.171.* immò in *Gratijs concessis anno 1586. fol.181.* fuit concessa gratia, vt non solum frater, sed etiam nepotes ex fratre, & sorore carnali admittantur ad feudi successionem, & fratrem consobrinum admitti hodiè ad feudi successionem, sicut frater carnalis, fuit pluries decisum in Regia Camera Summariæ ex declarat. *Capituli Neapol.* dicit *Vrsill. dec.292.* & pluries fuit obseruatum in Sacro Neapolit. Cõsilio fratrem fratri succedere in feudo nouo refert *Loffredus cons.38.* & fratrem fuisse admissum ad successionem feudi Amendoleæ de nouo quæsiti per fratrẽ, in *c.1. de natura successionis feudi,* & idem dicit *Garsia dec.67.* in causa illorum de Cordona in Marchionatu Padulæ.

15 Et fratrem etiã succedere fratri in subfeudo vigore clausulæ adiectæ in inuestitura pro se, & hæredibus, & ita fuisse pluries determinatũ dicit *Franc. de Amicis in tit. de his qui feud. dare possunt §. & veniendo ad primam.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia debet restitui, cum fallentijs, num. seq. vsque ad num.18.*
Incontinenti fieri quando dicatur, nu.2.
12 *Spoliatus quid probare debeat, & quis comparere possit si est absens, & an transeat in singularem successorem, nu.16.*
18 *Spoliator an faciat fructus suos, & num.19.*
20 *Rescripta Principis, quando seruanda, et nu. seq.*
23 *Possessorium an absorbeat petitorium.*
24 *Petitorium, vel possessorium intelligatur intentatum, quando in libello fuit dictum de spolio, & conclusum de restitutione rei.*
25 *Petitorium quando suspendi possit, cum nu. seq.*
35 *Feudatarij an priuentur feudo propter culpam, & delictum, & an eorum filij, & descendentes, & quid quando deliquerunt in dominum, & num. sequen.*
36 *Sigismundus Loffredus laudatur.*
38 *Bartholomæus Camerarius laudatur.*
40 *Fidelitas an sit de substantia feudi.*
Fidelitas quomodo iurari debeat, ibidem.
Assecurationis iuramentum quomodo, & quando præstari debet à vassallis Baroni.
Assecurationis litteras an sufficere loco inuestituræ in Regno vtriusque Siciliæ, ibidem.
Baro antequam recipiat iuramentum assecurationis à vassallis, an teneatur iurare priuilegia, & consuetudines vassallorum, ibidem.
Fidelitas an remitti possit, & quid de iuramento fidelitatis, ibidem.
41 *Proditor an stare possit in Curia Principis.*
42 *Rebelles qui dicantur.*
43 *Confessio extraiudicialis, an, & quando probet, & nu.47. & 48.*
44 *Confessio facta absente parte pro exoneratione conscientiæ, an probet.*
45 *Confessio extraiudicialis in causa criminali facta, an præiudicet, & num. seq.*
47 *Confessio facta in foro poli, an noceat in foro fori.*
48 *Bartoli laudes.*
49 *Confessio geminata an probet.*
50 *Confessio facta in iudicio nullo, an noceat.*
51 *Confessio per errorem, an, & quando reuocari possit tam in ciuili causa, quàm in criminali.*
52 *Confessio iudicialis quando probet.*

DECISIO XXXVII.

1 SPoliatus quòd ante omnia sit restituendus, etiam si incontinẽti offeratur probatio dominij, vt probat ex legibus, quas hic allegat *Minadous n.1.* Adde *Abbatem in c.1. de restit. spoliat.* nisi vbi peccatum immineat, *Oldra. cons.274.* & spoliatum esse restituendum si reus ostẽderit titulum, si postea præsentauerit alia priuilegia obtẽta post priuilegium conuenti *Marta de iurisd. p.2. c.5. Vrsill. dec.324. Peregrinus de fideic. art.52.* sed quando spoliatus patitur pro-

Digitized by Google

bationes fieri ſuper dominio, ex quibus de iure dominij ſpoliantis conſtat, quod tunc non ſit ante omnia reſtituendus dicunt *idem Abb. & Io. And. in d. c. 1. Socc. in regul 376. Affl. dec. 193.* vt dicunt communiter *Doctor. in c. 1. de reſtit. ſpoliat.* & de cõmuni teſtatur *Gabr. in ſuis comm. concl. lib 5. tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 161.* cum alijs per eum cumulatis, & *Capyc. dec. 28.* vbi ego ſcripſi in addit. meis ad *Capyc.* deciſ. etiam ſi ſpoliatus tacitè non ſolùm expreſſè conſenſerit, *idem Gabriel. & Menoch. loco cit. Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum, Cod. ad l. Iul de vi. Boer. in ſingul. 5. de petit. & poſſeſſor. iudic.* immo etiam ſi leuiter ſpoliatus opponeret, quod nõ intendit ingredi iudicium petitorij, nam clara proteſtatio requiritur, vnde in hoc animaduertant Aduocati, *Alex. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſ. Affl. dec. 193. & Capyc. allegat. dec. 28.* vbi ego ſcripſi, immõ ſi opponit ſpoliatus, & Iudex oppoſitione non obſtante, & proteſtatione, procedit ad vlteriora, tunc eſt appellandum, *Gabriel concl 1. de reſtit ſpoliat. Crau conſ. 248. & conſ. 302. Menoch de recup. poſſeſſ. remed. 1. q. 15. Io. Andr. in c. 1. de accuſat. in 6.* vbi *Cardinal. Monacus*, niſi dominij cauſa, & exceptio ad poſſeſſorium colorandum deducantur, non ex hoc impedietur, quin debeat antea omnia reſtitui ſpoliatus, licet paſſus fuerit litem ſuper dominio tractari, *Neuiz conſ. 79.* ſed eum *Menoch. loco citato* reprobat, ad quem te remitto, & ad ea, quæ dixi in *d. dec. Capyc. 28.* Quia non eſt reſtituendus ſpoliatus, quando ex actis iudicij conſtat de dominio ſpoliatoris, *Iacob. Nouell. in praxi crimin. in verb. vulgaris regula, idem Gabr. in d. concl. 1. Menoch. remed. 1. q. 19. in tract. alleg. Dec. conſ. 191. Crauett. conſ. 299.* ſicut ſi conſtaret per confeſſionem ſpoliati, nam non reſtituetur ſpoliatus, *Idem Menoch. & Ant. Gabriel loco citato, Corſet. in regul. ſpoliatus antè omnia, fall. 24. Alex. in d. §. nihil commune, & Caſtrenſ. in conſ. 253. vol. 1.* idem eſſet ſi per inſtrumenta conſtaret de non iure ſpoliati, quæ habent paratam executionem, quia non erit reſtituendus, *Gram. conſ. ciuili 97. Capyc. dec. 77.* & ibi ego ſcripſi, & eſt *deciſio Rotæ Romanæ 16. de reſtit. ſpoliat. in nou.* ſicut non eſſet reſtituendus ſpoliatus, cum per teſtes non conſtaret de bono iure ſpoliati, *Gabriel d. concluſ. 1. Menoch. d. rem. 1. q. 18. Crauetta d. conſ. 299. & 302.* ſed quòd non procedat, & limitetur regula illa, quòd ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, quando eſt ſpoliator oſtenſurus ſtatim iura ſua, *Dec. in conſ. 224. Cæpoll. in cau. 824* ſed quod reſtituetur ſpoliatus, etiam exceptione dominij à ſpoliatore oblata incontinenti probanda, *l. 1. Cod. ſi per vim, vel alio modo, l. ſi quis ad ſe fundum Cod. ad l. Iul. de vi. c. literas §. pen. de reſtit ſpoliat. Gabriel in d. concl. 1. & Menoch. q. 21. d. 1. remed.* & vocat communem *Bero. in c. 1. de reſtit. ſpoliat.* niſi tractaretur de reſtitutione coniugis, quia ſi probationes incontinenti obijciuntur de conſanguinitate, non cõceditur ante omnia coniugis reſtitutio, ſi incontinenti poteſt probari conſanguinitatis impedimentum, *Gabriel. & Menoch. loco citato, Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bart. in l. ſi de vi. de iudic. Alex. in d. §. nihil commune*, ſicut eſt reſtituendus ſpoliatus ſi imminet periculum, ſi probari poteſt incontinenti, vt per *eumdem Cardinal. Alban. loco citato*, & eſt communis, vt per *Gabriel. loco citato, & Menoch. q. 28.* ſicut nec eſt etiam ſpoliatus ante omnia reſtituendus, quando ſpolium eſt factum Eccleſiæ nomine, ſi ad ipſius Eccleſiæ commodum dominij exceptio offertur incontinenti probanda, *Bal. in l. 1. Cod. de appellat. Gabr. & Menoch. loco cit. q. 21.*

Et ſpoliati à Principe non ſunt audiendi niſi doceant ante omnia ſe ſpoliatos iniquè, & iniuſtè *Albenſ. conſil. 416. lib. 3.* & quod ſpolio nunquam ſit locus quando licitus eſt ingreſſus dicit *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. Cephal. conſil. 168.* An autem ſpoliatus, cui obſtat notorius defectus tituli ſit reſtituendus, vide *Felyn. in cap. ad petitionem, & in cap. ſi conſtiterit de accuſat.* & quod hoc remedium ſpoliatorum detur etiam contra titulo poſſidentem, *Theſau. dec. 29.* de qua re dicit *Afflict. dec. 361.* Et quòd detur etiam contra bonæ fidei poſ-
2 ſeſſorem *Cacher. dec. 93.* Et ille dicitur incontinenti probare qui infra breue tempus probat *Abb. in cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* Alij dixerunt incontinenti dici infra tres dies ex *l. vlt. Cod. de error. Aduoc. Bald. in l. vlt. Cod. de Iudic.* per *textum d. l. vlt. Cod. de error. Aduoc.* Alij autem dixerunt incontinenti fieri illud, quòd fit infra tempus, quod debet expediri proceſſus cauſæ, *Bart. in l. ſi is, à quo ff. vt in poſſeſſ. legat.* iuxta formam *legis à Diuo Pio §. in vendit. ff. de re iudic.* Alij verò, vt *Bero. in cap. 1. de reſtit. ſpol.* dicit incontinenti intelligi fieri id quod fit infra diem vnam, & antequam diuertatur ad extraneos actus *l. continuus, ff. de verbor obligat.* ac tamen communis eſt opinio, hoc Iudicis arbitrio relinquendum, *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 9. cent. 1.* & hanc magis communem vocat *Aret. in l. vlt. Cod. de ord. cognit.* & hanc in vſu forenſe ſolere obſeruari, & hanc magis communem vocat etiam *Socc. Sen. conſil. 59. vol. 3. & Socc. Iun. conſil. 57. vol. 1.* Et quid ſi incontinenti ſit probata exceptio dominij,
3 *Vrſill. ad dec. 16.* Sicut nec eſt reſtituendus vigore poſſeſſionis inſtrumentalis *Verall. dec. 173.* quia non debet reſtitui, ſicut nec eius vigore poteſt agi ſpolio.

4 Non tamen reſtituetur ſpoliatus, quando eſt dubium ne oriatur ſcandalum *Felyn. in cap. i. de præſcript.*

5 Sicut nec eſſet reſtituendus quando eſſet excommunicatus *Felyn. in cap. dilectus de reſcript.* qui hoc dicit in multis caſibus fallere, vt *ibi* per *eum*.

6 Nec etiam reſtituetur ſpoliatus vigore reſcripti Papæ, *Mobedan. dec. 4. de reſtit. ſpol.*

7 Sicut nec ſpoliatus debet ante omnia reſtitui, ſi res reſtituenda eſſet fortilicium, quia non debet fieri reſtitutio propter recuperandi difficultatem, de quo eſt *conſilium 12. inter Conſilia Alberti Bruni* poſt *Iaſon. Riminald. & Caſtrenſem in l. 1. Cod. de edict. Diu. Adriani tollend.*

8 Nec etiam pupillus reſtituetur, alienata poſ-

ſeſſione

Digitized by Google

sessione per tutorem, agens spolio *decis. Rotæ diuers. dec. 91. par. 2.*

9 Nec etiam est restituendus, quando spoliatus ostendit Papalem reseruationem, quia regula prædicta non habet locum in beneficialibus, est *decis. Rotæ 16. in nouis, & in Rota diuersorum dec. 907. par. 3.*

10 Sicut nec restituetur quando spoliatus renunciauit spolio *Franc. March. dec. 71. par. 1.* sed si renunciauit spoliatus omnia Iura sua spoliatori, non obstat spoliato agenti spolio, *Alex. consil. 93. volum. . . . .* quia existimatur metu renunciasse.

11 Nec debet Monacus restitui ad prioratum habentem ad nutum amouibilem Abbatis, est *decisio Rotæ in antiquis titulo de restit. spol.*

12 Nec etiam restituetur spoliatus ante omnia quando spoliatus eius deiectionem non probauit, licet possessionem probauerit, habetur in *decis. Fastoli. 63. in Rot. diuersor.* sed *Alex. consil. 61. volum. 7.* dixit in iudicio isto necesse non esse de possidentis spoliatione probari, sed sufficit actorem possediisse quod probetur, & postea reum possidere rem de qua controuertitur; quia spoliato agenti ad spoliatæ rei restitutionem ex remedio *Capituli reintegranda 3. quæst. 1.* communiter dixerunt Doctores, duo esse necessaria probanda, scilicet, ipsius antiquiorem possessionem, & nouam conuenti *Innocent. in cap. sæpè de restit. spol.* subdens, quod possidente aliquo bona fide rem aliquam, alio postmodum eamdem possessionem similiter bona fide occupante, fiet ei restitutio possessionis, etiam spoliatione non probata, nisi constiterit priorem bonæ fidei possessorem amisisse, & de communi opinione testatur *Alexand. in consil. 6. volum. 3. Corne. consil. 35. volum. 1. Viuius in commun. opin. verbo spoliatus, Ponta. in tractat. spol. lib. 2. cap. 13. Menoch. de recup. possess. remed. 15. quæst. 31. Gabriel. in suis communibus conclus. lib. 5. titulo de restitut. spoliat. conclus. 5.* quoniam probando antiquiorem possessionem præsumitur noua possessio clandestina, & viciosa, *cap. licet causa de probat.* quæ procedunt etiam nulla spoliatione probata, quia satis probatum dicitur de spolio eo ipso, quod de antiquiori possessione, & de iuniori ipsius constat spoliantis, quia ex hoc re ipsa apparet de spolio, *Bald. in consil. 217. volum. 2. Afflict. dec. 326.* & communem hanc opinionem dicit *Roland. à Valle consil. 6. vol. 2. Bero. in consil. 58. & consil. 64. & in consil. 3. vol 3. idem Viuius loco citato, & Ponta. in dicto tractatu de spolio cap. 14. lib. 2.* & hoc etiam non probata possessione illius temporis, in quo actor se dicit spoliatum, quia sufficit temporis illius, in quo spolium contingit possessionem allegare, & postea se olim possediisse probari, quia tempore spoliationis possediisse præsumitur, qui olim possidebat *Alex. consil. 133 volum. 2. Ponta. loco citato Gabriel. & Menoch. allegati*, & habetur in *Praxi Papien. in forma libelli in caus. spolia. possess. in verbo sæpius requisitus*, & hanc dicit communem opinionem *Cæsar Contar. in l. 1. Cod. si de moment. possess. fuer. appell.* & recedentibus à dicta communi opinione *Menoch.* respondet *loco citato*, & *Couarr. in cap. possessor. de regul. iur.* latissimè, hinc propterea sequitur nec esse necessarium probari tempus spolij, vt per *Ponta. Contar. in loco citato*, & de praxi testatur *Aufrer. ad decis. Cappell.*

13 *Tholos. 310.* Secus autem esset quando aliquis facto suo, & culpa ceciderit à possessione sua antiqua, nam non competit hoc remedium *Capituli reintegranda* ijs, qui culpa, & facto suo ceciderunt à possessione, *Io. Crot. in consil. 75. Dec. consil. 56.* lapso enim ex propria culpa restitutio non datur *Ruin. consil. 48. vol. 4. Socc. Iun. consil. 68. volum. 3. & 48. volum. 2. Innocent. in cap. post electionem de conces. præben.* vbi cæteri communiter, & de communi testatur *Socc. Sen. consil. 39. volum. 3.* vnde vt obtinere possit qui agit hoc remedio *cap. reintegranda*, necesse est, vt concludat, & probet se possediisse, & à possessione ceciisse absque facto, & culpa sua, & aduersarium rem illam tenere, & possidere *Bero. consil. 59. volum. 3.* qui antea dixerat in consilio reum conuentum ex dicto remedio volentem se defendere debere articulare, & probare, quod agens non cecidit à sua possessione ex iniusta causa, sed iusta, vel ex negligentia, vel culpa, & eum, qui culpa sua cecidit à possessione non posse restitui habetur etiam *in decis. Rotæ Roman. diuersor. 131. par. 1.* secus in Ecclesia, quæ restituitur, *Verall. dec. 170. & 181. par. 3.* & illa dicitur recens possessio, quando per vnum annum, vel duos stetit in possessione, quia si stetit per triennium antiqua dicetur possessio *Anania in cap. licet Hæli de simonia*, licet secus esset si quis à suo Prælato molestaretur, vt titulum prætenderet, quia aliter capitur recens possessio, quæ non fuit per decem annos, de quo vide per *Mandos. in addit. ad Lapum alleg. 89.* vbi tres
14 refert opiniones, & in beneficialibus non sufficit probare solam illam possessionem antiquiorem, quam necesse est etiam, vt titulum probare *Menoch. d. remed. 15. Roland. à Valle*
15 *consil. 89. volum. 2. Socc. in d. l. rem quæ nobis*, & nec etiam in alijs interdictis possessorijs sufficit probari, vt in remedio *dict. cap. reintegranda*, quia in dictis interdictis multa alia debent probari, quia est spoliatio probanda in interdicto vnde ui *l. 1. §. interdictũ autẽ hoc ff. de vi, & vi armata, Dec. cõs. 125. Card. Paris. cons. 98. vol. 2. Bal. cons. 98. vol. 5. Aufrer. loco citato, Roland. à Valle consil. 6. volum. 2. Franc. March. decis. 655.* Quid autem habeat probare spoliatus vide *Felyn. in cap. olim de rescript. Dec. cons. 125.*
16 *Alexand. consil. 6. vol. 3.* & dicit *Felyn. ibidem* sola spoliatoris cõfessione probari spoliati possessionem, & si spoliatus absens est potest pro eo quilibet comparere sine mandato *l. 1. Cod. si per vim, vel alio modo*, & dicit *Felyn. cap. cùm olim de testibus*, & quòd remedium hoc transeat etiam in singularem successorem, est
17 *decisio Putei 176. lib. 2.* Et alias limitationes ad regulam præfatam spoliatum esse antea omnia restituendum, vide per *per Socc. in consil. 87. vol. 3. Corset. in tractat. fallent. restitut. spoliatorum*

Digitized by Google

liatorum,& nouiſsimè *Riccium Collectanea* 1233. Et ad materiam ſpolij præter *text. in c. reintegranda 3. quæſt. 1. & in cap. ſolliciti, & in cap. in literis de reſtit. ſpol. & in l. 1. ad l. Iuliam de vi publ. & in l. ſi quis ad ſe fundum Cod. eodem*, vbi Scribentes omnes, vide etiam *Doctores in l. naturaliter §. nihil commune ff de acquiren. poſſeſſ. Socc. conſil. 12. volum. 1. Alexand. conſil. 345. volum. 2. Decium conſil. 57. & 302. Bart. in l. qui poſſeſſionem ff. de vi, & vi armat. Philip. Franch. in ſua diſputatione petitorij, & poſſeſſorij in 1. dubio Abb. & Doctor. in cap. cùm dilectus de ordine cognit.* & dixi ego aliqua ſuperius *dec. 1. & Card. Alban. ad Bart. in d. l. ſi quis ad ſe fundum.*

18 Et ſpoliatorem nonnumquam poſſe facere fructus ſuos tamquam bonæ fidei detentorem habetur in *deciſ. Rotæ Romanæ in nouis 24.*

19 Et quod veniant fructus percepti poſt litem conteſtatam in Iudicio hoc ſpoliatorum dicit *Theſaur. dec. 29.*

20 *Ad num. 2.* quod reſcriptum debuit obſeruari, quia fuit in proceſſu præſentata prouiſio Catholici Regis, vt dicit *Minadous*, Adde quod reſcripta contra ius, vel contra publicam vtilitatem non ſunt ſeruanda *l. final. Cod. ſi contra ius, vel vtil. publ. vbi Bart. & Alex. conſil. 101. volum. 1.* An autem Princeps poſsit reſcribere contra ius humanum, vide *eumdem Alexand. conſil. 1. vol. 5. & 136. vol. 1. Abbat. conſil. 17. vol. 2. & conſil. 3. Barbat. conſil. 43. 1. vol. & Bart. in d. l. 1.* Et quod reſcriptum quod deuiat à tramite Iuſtitiæ non debet delegatus adimplere dicit *Giurba. dec. 7.* & quid quando Princeps reſcribit contra legem dicens, lege non obſtante dicit *ibidem Bart. & Felyn. in cap. nonnulli de reſcript.* Vbi an ſit differentia dicere non obſtante aliqua lege, vel non obſtante tali lege *Roman. conſil. 436. Aret. conſil. 15. Alexan. conſil. 187. vol. 5. & 149. lib. 1. Imola conſil. 24. Dec. conſil. 10. Fulgoſ. conſil. 170. & conſil. 153.* dixit tamen *Innocent. in cap. innotuit de elect.* quod Princeps vti non debet clauſula iſta non obſtante, niſi ex magna cauſa, vbi *Abbas* hinc dixit *Bald. in titulo de pac. Coſtantiæ col. 23.* Populum Romanum nunquam iſta clauſula vſum fuiſſe, & quod clauſula hæc non obſtante faciat reſcriptum Principis executionem impediri ſententiæ ſupremi Magiſtratus dicit *Gail. lib. 2. obſeruat. 48. Guid. Pap. dec. 420.* licet regulariter non impediat Principis reſcriptum executionem ſententiæ ſupremi Magiſtratus, *l. reſcripta Cod. de precibus Imperat. offerend.* vt per *Guid. Pap. deciſ. allegat.* ſicut etiam impediretur exequutio, quando in reſcripto eſset clauſula ex certa ſcientia, & Princeps de plenitudine poteſtatis inhiberet condemnatum moleſtari *Rubin. dec. 3.*

21 Et an in Principe præſumatur iuſta cauſa vide *Roman. conſil. 436. & 310. Fulgoſ. conſil. 20. Alexand. conſil. 57. volum. 1. Caſtrenſ. conſil. 284.*

22 & quod Principis reſcripta ſint perpetua dicit *Bart. in l. falſo Cod. de diuerſ. reſcript.*

23 *Ad num. 3.* quod poſſeſſorium abſorbeat petitorium, Adde quod poſſeſſorium intentatum poſt petitorium in ſpoliatoris odium ſuſpendit petitorium. *Ant. Corſet. in ſingular. in verbo poſſeſſorium.*

24 Et quando fuit in libello dictum de ſpolio, & concluſum de reſtitutione rei, quod dicatur intentatum poſſeſſorium, fuit deciſum in Rota Lucenſi per *Cornazzan. dec. Lucenſ. 69.* & in Rota Anchonitana, vt per *Sebaſt. Med. dec. 22.* & fuit deciſum in Conſilio Neapolitano, vt per *Afflict. dec. 77. vbi Vrſill.*

25 Et petitorium poteſt ſuſpendi ante concluſionem in cauſa, & in quacumque inſtantia poſt intentatum poſſeſſorium, & petitorium in odium ſpoliantis ſaltim doloſi, *Capyc. dec. 28. & Verall. in dec. 323. par. 2.* & etiam poſt concluſum in cauſa in appellationis cauſa, & eſt

26 *deciſ. Rot. Roman. 4. in antiq.* Quæ petitorij ſuſpenſio facit, vt manus Iudicis ſint ligatæ in procedendo in petitorio, *deciſ. Rot. Roman. 19. de reſt. ſpol. in nouis. Caputaquenſ. deciſ. 322. par. 2.*

27 Et hæc petitorij ſuſpenſio fieri etiam poteſt, quando pars conſenſerit ſuper petitorio cognoſci, vt in *deciſ. Rot. Roman. 9. diuerſ. lib. 2.*

28 Petitorio tamen ſuſpenſo in prima inſtantia, poteſt in ſecunda inſtantia poſſeſſorij ſuſpendi *Caputaquenſ. dec. 321. par. 2.*

29 Bene tamen verum eſt, quod ſicut pluries poteſt ſuſpendi petitorium, ſic etiam pluries poteſt ab eo recedi, eſt *deciſio Rotæ diuerſor. 9. lib. 2. & dec. 8. de cauſa poſſeſſ. in nouiſs. Anna ſingul. 491.*

30 Non tamen ſuſpenſio hæc petitorij tertio venienti in cauſa oſtabit, ſecundum *deciſ. Rot. Roman. 3. in titulo de cauſa poſſeſſ. & proprietat.*

31 Nec etiam procederet petitorij ſuſpenſio, quando ipſius ſuſpenſionis petitio calumnioſa eſset, vt quia de bono iure conſtaret illius, contra quem peteretur ſuſpenſio, vt per *Mohedan. dec. 14. de reſtitut. ſpol. & deciſ. Rotæ Roman. diuerſor. 1118. lib. 3.*

32 Et intentato ab actore poſſeſſorio cogi non poteſt opponente reo, vt de petitorio agat *Præſes de Franch. dec. 90. vbi Nouar. in addit.*

33 Et quod cauſa poſſeſſorij prius ſit tractanda, quam petitorij, dicit *Theſaur. dec. 15.*

34 Et quod ſuſpenſo petitorio poſſit poſſeſſorium intentari, eſt *text. in l. 1. Cod. de carbon. interdict.* vt dicit *ibi Bald.*

35 *Ad num. 7.* clarum eſse de iure quod is qui eſt infidelis ex deſcendentibus primi acquirentis, non cenſetur vocatus ad ſucceſſionem, Adde quod feuda hæreditaria ſicut ſunt feuda in hoc Regno Neapolis propter ſolitam, & communem inueſtituram, pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex legitimo corpore deſcendentibus, quæ ſolet concipi, vt dicit *Neapod. in Conſuetudine incip. Et ſi teſtator*, & eum omnes noſtri Regnicolæ ſequuntur; quia & Regnum ipſum eſt hæreditarium iuxta conceſſionem factam per Summum Pontificem Carolo I. pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus per quamcumque culpam amittuntur, & in illis nec filij ſuccedunt, nec agnati, ſed reuertuntur

Digitized by Google

cur ad Dominum directum, vt habetur §. *si*
36 *culpam in titulo si de feudo defunct. milit. Sigismundus Loffred.* quem vocat *Minadous* in hac decis. recolendæ memoriæ *in consil. 1. & Bartholomæus Camer. in l. Imperialem fol. 57.* & ante eos *Andr. in cap. 1. si vasall. feudo priu.*

Et tenent omnes Feudistæ, descendentes ex illo feudatario qui commisit delictum, nullatenus possunt aspirare ad feudi successionem; & ratio fuit secundum *Alex. in consil. 1. volum. 1.* Quia sicut potest feuda tenens contrahendo successoribus præiudicare, multo fortius delinquendo, *Bald. in l. emancipatum §. 1. ff. de Senatori. & Socc. consil. 226. volum. 2.* non tamen noceret patris delictum filio in feudo, quod pater non possidebat tempore delicti, sed pater
37 suus, & filiorum Auus, vt post alios latissimè probat *Camerar. in cap. 1. an agnatus in 6. quæst. princ.* vndè distinxerunt communiter *Doctores*
38 in illa quæstione, si Pater delinquit, numquid excludatur filius à successione Aui in feudo, quod tenebat Auus, vt si nepos conceptus fuerit ante delictum patris, non noceat patris delictum, aut fuit conceptus post delictum à patre factum, & nocet filio *Glos. in l. emancipatum de Senator. Canonistæ omnes in cap. 2. de feud. Ardizzon. in summa in titulo quibus modis feudum amittatur, & Specul. in titulo de feud. §. sin verò*, & cùm annis elapsis casus acciderit disputandus in Regia Camera Summariæ Neapolis in causa parricidij commissi in personam quondam Francisci Cincij Senioris Romani per Iacobum Cincium eius filium, patrocinante tunc *Consiliario Romito* pro Francisco Cincio Iuniore nepote dicti Francisci Senioris ex prædicto filio parricida, fuit decisum in beneficium Francisci Iunioris nepotis Aui occisi, vt dicit *Idem Consil. Romit. in consil. 11. & 12. volum. 2.* quia quando iura mulctant feudatarium amissione feudi loquuntur expressè in eo qui tempore delicti commissi possidet feudum, & est vasallus in actu, & ita est etiam intelligendum quod dixit *Glos. in d. l. emancipatum ff. de Senat. & in l. adoptiuum §. 1. ff. de in ius voc.* vt delictum patris non noceat filijs natis, vel conceptis ante delictum in bonis, & iuribus Aui, vt intelligatur de feudo tempore culpæ filij possesso per Auum, quia delictum patris nocet filio in feudo, quod filius habet à patre post mortem patris, vt per *Andr. in cap. 1. an agnatus, & Bartholomæum Camerarium*, quem *Idem Consiliarius Romitus d. consil. 11.* vocat magnum Feudistam, & virum magnæ authoritatis in hoc Regio nostro, & hæc intelligas quando feudatarius delinquit in alium, quam in Dominum, secus vero quando delinquit feudatarius immediatè in dominum, vt est casus huius decisionis, quia tunc à successione aui excluditur nedum filius delinquens, sed etiam filij delinquentis, & sic aui nepotes *l. quisquis Cod. ad leg. Iuliam Maiestatis Andr. in cap. 1. §. præterea quæ sit prima causa benefic. amitt.* filij enim rebellis non solum excluduntur à paterna successione, sed etiam ab illa Aui, quamuis Auus fidelis fuerit *d. l. quisquis* per quam inhabilitantur tàm de-
39 linquentes, quam eorum descendentes, limitando tamen *d. l. quisquis*, vt non procedat quando pater ipse filium accusasset, quia tunc filio parcendum esset, per *text. in leg. milites agrum §. desertorum ff. de re milit.* vt fuit etiam obtentum in facti contingentia *Felyn. in cap. accusanti de accusat. Cæpolla caut. 1.* & de ratione huius legis in successione filiorum, vide *Socc. consil. 272.* & nùm locum habeat in Collateralibus vide *Socc. consil. 22. volum. 1.* quos nouissimè sequitur *Card. Alban. in d. l. quisquis*, & de iure cõmuni, an dominium ipso iure deuoluatur ad Regem per rebellionem vide *Decium consil. 410. Bart. in d. l. Imperator ff. de iure fisci, Afflict. in constitut. pacis cultum, Capyc. in cap. Imperialem §. callidis, Grammat. dec. 15.*

40 *Ad num. 7. & 8.* vbi dicitur quod potest dicere Dominus, tu fuisti ingratus, nolo inuestire, & habet rationem euidentem, quia cum fidelitas sit causa infeudandi, limitata causa limitatum producit effectum. Adde quia hæc deuolutio, quæ fit ad Regem tamquam Dominum directum, & iure dominij directi, quod penes Regem tempore concessionis feudi remansit, quia concessio semper fit ea lege, & conditione, scilicet donec seruauerit fidelitatem, nam fidelitas est de substantia feudalis contractus, cùm à fide, vel à fidelitate dicatur feudum *cap. 1. de noua forma fidelitatis cap. 1. §. nulla per quos fiat inuest. Hostiensis in summa de feud. §. vndè dicitur Blanc. & Ardizzon. in eorum summis Iacobus de Belui. in prælud. feudor. Andr. & Hotom. in d. §. nulla, Affl. dec. 129. & Guid. Pap. dec. 518.* quæ fidelitas inest feudo, sicut calor igni, à quo non potest separari *Franc. de Amicis de feud. in §. habet*, & fidelitatem vocauit *Camerar. in cap. Imperialem col. 3.* basim, fundamentum, essentiam, & substantiam feudi, & feudum dicitur conditionaliter concessum donec sit fidelis *Card. Paris. consil. 21. volum. 1. Affl. dec. 282.* Nam in contractu feudali, sicut in cæteris contractibus considerantur sua naturalia essentialia, & accidentalia, vnde naturale est, quia feudum est beneficium ex beneuolentia datum, & quod transeat ad hæredes masculos in perpetuum est naturale, & quod transeat etiam ad filias fœminas, (si dictum sit de eis nominatim) est accidentale, intelligendo vt per *Baldum*, & quod feudum sit in re immobili est substantiale, & quod proprietas feudi dati sit penes dantem, & vtilitas sit penes recipientem, est substantiale, sed alij dixerunt esse naturale, & vt fideliter Domino seruiat, est substantiale, & siue seruitium sit nominatim, siue indeterminatè promissum hoc est accidentale, *Regens de Ponte in prima lectione feudali*, & substantiale feudi esse vt Domino fideliter vasallus seruiat, quia fidelitas vas est substantia feudi, dixit *Andr. in c. 1. §. sed nec alia inferior, quæ sit prima cau. benefic. amitt.* vnde vasalli alias fideles appellantur *cap. 1. §. item, & si fidelis quib. mod. feud. amitt.* Vnde fidelitas hæc iurari debet, vt in *titulo de forma fidelitatis, & in titulo de noua forma fidelitatis, & qualit. vasall. iur. deb. fidelit.* & iuramentum

Digitized by Google

tum assecurationis præstabunt subditi, præcedente tamen mandato Regis, vt in *Constit. huius Regni incip. Comite, vel Barone*, & facto prius iuramento fidelitatis Regi, *cap. 1. quid præced. debeat inuest. an fidelit.* mandat Rex, quod præstetur Baroni à Vassallis *Andr. in cap. 1. de cap. Corrad.*

Secundum praxim hodiernam in hoc Regno, quia Vassallorum assecurationis iuramentum in Regno Neapolitano non possunt petere Barones à Vassallis, nisi obtenta licentia, vt in *d. constit. Comite, vel Barone, vbi glos. Andr. & aly* sub pœna ammissionis feudi, & aliorum bonorum, *Idem Andr. in cap. si minori si de feud. defunct. milit. Frezza in author.* 4. & in Regno Neapolitano, & Siculo loco inuestituræ sufficit habere priuilegium, aut assecurationis literas à Rege concessas, vt in *Constit. Regni incip. Dignum Franc. de Amicis in cap. 1. §. habet de his qui feud. dare poss. Capyc. in §. feudorum inuestituræ, Paris de Put. de reintegrat. feudor. cap. 76.* quod iuramentum assecurationis, de quo loquitur *constitut. Regni allegat.* Domini à Vassallis, est idem quod est iuramentum fidelitatis, quod à vassallo feudum habente præstatur suo Domino, *cap. 1. de noud. form. fidelit.* id enim non facit assecuratio, sed ipsa assecuratio est sequela vim habens à fidelitate iurata, sub qua Dominus reditur tutus, & securus, vt latè comprobat *Borrellus in tract. de Catholici Regis præstantia cap. 64.* vbi posuit etiam formam iuramenti fidelitatis, & assecurationis, quod iuramentum fidelitatis poterit etiã præstari per procuratorem habentem mandatum speciale, *Bald. in cap. 1. §. nisi iuxta, quo tempore miles Capyc. in inuest. in verb. feudorum iuramenta, Affl. in d. cap. forma fidelitat. Flamin. de Rubeis in consil. 20. vol. 1.* & hæc est communis opinio, licet *Bald.* sibi contrarius, aliter dixerit in *l. 1. ff. de ver. diuis. & Ricc. in dec. 84. in 4. par. decis. Curiæ Archiep. Neapol.* post hæc mea scripta impressa, & visa, fecit illationem posse fidei professionem fieri, etiam per procuratorem ex *decis. Rotæ Romanæ in causa Sarnien Canonic. coram Sacrato, & ex Nouario lib. 1. quæst. forens. quæst. 157.* Et hoc iuramentum fidelitatis licet possit à Domino remitti, non habet locum in fidelitate, quia fidelitas illa non potest remitti, quia substantia feudi est illa fidelitas, *cap. veritatis, de iuram. lo. Andr. in addit. ad Specul. in titulo de præscript. Oldrad. consil. 234. Alex. consil. 30. volum. 1. Iason in prælud. feudor. diuis. 8. & Affl. dec. 129. & Peregr. consil. 16. volum. 1.* & ita intelligenda quæ in vsibus feudorum reperiuntur, vt quædam feuda sint, vt non sit præstanda fidelitas pro eis, quia ibidem est positum verbum fidelitas pro iuramento fidelitatis. Et hoc fidelitatis iuramentum solet præstari secundum patriæ consuetudinem, *Menoch. de arbitrar. casu 577. Surdus consil. 172. tom. 2.* Et quod soleat iuramentum hoc præstari per caput Hospitij facientes, voluit *Guid. Pap. dec. 307.* Et an dictum iuramentum debeat præstari genibus flexis, vel possit præstari stando, & *Aym. Crauetta in consil. 517.* consuluit pro municipibus monasterolij contra Dominos loci non teneri ad præstandum iuramentum genibus flexis, quia supra realia, personaliaque obsequia vassallus nihil debet Domino præter reuerentiam, *cap. 1. versic. salua reuerentia de milit. vassall. qui contu. est.* An autem antequam admittatur Baro per vassallos, & ei præstetur assecurationis iuramentum iurare eis teneatur priuilegia, consuetudines, & statuta? & quod sic est dicendum ad instar Iudicum, qui in ingressu sui officij tenentur iurare loci priuilegia, & consuetudines, & statuta, *cap. quanto, & cap. venientes de iure iurand. & §. iusiurandum in auth. de defensor. Ciuit.* quia Barones habentes merum, & mixtum imperium censentur constituti Iudices ordinarij, & perpetui dictorum locorum, *l. qui Iudicum de iurisd. omn. iud. Gaspar Antonius Thesaur. Filius in consil. post decisionem Thesauri patris 132.* & si hoc non facit Baro non tenentur eius vasalli illum in Dominum recognoscere, qui enim non facit id quod debet, non recipit, quod oportet, *l. ædiles ff. de ædil. edicto, & cap. frustra de regul. iur. lib. 6. Burzius de eis. Bononiæ* 17. quod intelligit *Cancer. lib. var. resolut. par. 3. in titulo de iuribus Castror.* nisi probabilis esset Baronis recusatio, quia admittendus esset si postulasset se admitti, sine præiudicio prætensionis vasallorum, & offerendo iurare ea, vbi ita iuris esse appareat, secundum regulam illam, liquidi propter illiquidum, non dari compensationem ad not. *in leg. final. Cod. de compensat.*

41 *Ad numer. eundem* 7. vbi dicit *Minadous*, quod Dominus non tenetur inuestire sibi suspectum. Adde quod proditor ab omni facie Dominorum, & Principum alienus est, & in Principis Curia stare non potest, vnde non potest iste seruire Principi, qui sine dedecore non potest cum eo morari, non est enim beneficij capax proditor, qui præsumitur sine fidelitate, & feudum à fidelitate dicitur (vt dixi) *cap. 1. in titulo an ille qui interf. fratr. Dom. sui, vbi Andr. Affl. & Præposit.*

42 *Ad nu.* 10. quod illi non dicuntur fideles, sed rebelles, qui contra honorem, & fidelitatem Principis opera rebellionis faciũt, Adde quod generaliter rebellis omnis dicitur, qui quomodocumque palàm, vel occultè contra fidem suã Principi suo deuictam, & contra ipsius Principis honorem quidpiam facit, & contra Imperij prosperitatem aliquid machinatur, vel contra ipsius Officiales, vt habetur in *Extrauag. qui sint rebelles*, quando scilicet aliquis recusaret parere Officiali circa ea, quæ statum cõcernunt Imperij, & honorem; secus autem respectu iudiciorum, vt declarat *Bart. loco vit.* Adeo quod eius sumpta generali significatione, continet modos omnes, quibus Imperatoris, vel alterius Principis Maiestas dolosè læditur. Hinc hodie *Doctores* hanc vocem, rebellis, vsurpãt pro illo, qui à Principis sui obedientia se subtrahit, & ad hostes transit, vt partes eorum sequatur, & contra suum Principem adiuuet, *Alber. Brun.*

con-

Digitized by Google

consil. 18. & Ioan. Iacob. Leonardi cons. 114. inter consilia Bruni, & dixit *Andr. in c. 1. §. porro, quæ sit prima causa benefic.* illum propriè dici proditorem, qui ad hostes vadit, aut nuntium mittit, vel litteras in Domini, aut Reipublicæ damnum, & hi olim transfugæ dicebantur, *l. postliminium §. transfugæ ff. de capt. & postlimin. reuers. L. si quis aliquid §. transfugæ ff. de pœn.* Et illi dicentur rebelles, qui declarantur in *dicta Extranag. qui sint rebelles*, quæ facta fuit ad declarandum, qui sint rebelles, vt omnis ambiguitas toleretur circa significationem vocis huius, rebellis, vt dicit ibi *text. & Bart.* ibi, cum vox ista, rebellis, vel rebellio, vel rebello, apud nostros antiquos Iurisconsultos non fuerit in vsu, licet voces sint latinæ, quæ leguntur apud probatos authores, vt apud *Liuium, Cæsarem, Ouidium, Plinium, Tacitum, & Lucanum*, vnde cùm in iure de his nulla fieret mentio specialis, noua fuit per *Henric. VII. Imperatorem* facta *constitutio extranagantis*, cui titulum posuit, *qui sint rebelles*, per quã qui sint rebelles, declarantur (vt dixi) superius; licet non ignorem verbo hoc, rebelles, vsos etiam fuisse antiquos Imperatores, vt *in l. 2. Cod. de desertor. lib. 12.* quod verbum, rebello, componitur ex re, quod est iterum, vel contra, & bello bellas, ideſt pugno, bellum instruo cõtra Principem, vt quando victi, & in deditionẽ recepti, redintegrãt bellum domino, in *cap. fin. 38. dist.* Et idem est deficere, quod rebellare, ideo locum habebit in rebelle *tex. in l. amissione §. qui deficiunt ff. de capit. diminut.* & si omnis rebellis dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, non autem è contra omnis qui committit crimen læsæ Maiestatis, rebellis dicitur; differunt enim hæc inter se, licet confundantur ex communi vsu loquendi; vt per *Bos. in tit. de crimine læsæ Maiest.* & qui dicãtur rebelles posuit *Bart. in d. tit. qui sint rebelles, & Præpos. in cap. in primis §. de persona 2. q. 1. Doct. in clement. Pastoralis de re iudic. Natta cons. 180. & 599. volum. 2. Gui. Pap. quæst. 589. Ias. cons. 86. vol. 3. & cons. 139. 4 vol. Bos. in tit. de crim. læsæ Maiest. Gig in tit. de rebellibus, quæst. 2. & 4. & 10. & 5. & 7. Corn. cons. 96. vol. 4. Card. Paris. cons. 101. vol. 1. Oldr. cõs. 43. Corset. in tract. de potest. Regis in princ. Laudens. in tract. de crim. læsæ Maiest. q. 5. & 28. Brun. cons. 86. Grammat. vol. 10. Dec. cons. 606. Decian. lib. 7. de rebelle, tom. 2. Franc. Lucan. in tract. de fisco, & eius priuilegijs in tit. de crim. læsæ Maiestat.* Principis verò asserenti talem esse rebellem, quod non sit credendum, nisi fuerit notorium, *Dec. cons. 544 & 410. Gigas de rebellibus q. 15. Decian. in tit. de rebelle, lib. 7. tom. 2.* quod declarat *Andr. in cap. sancimus, quo tempore miles*, vbi *Apostilla*. Et quod non dicatur rebellis vxor, quæ habitat cum viro rebelle, dicit *Andr. in constit. patres pro filijs, & Afflibidem*, qui dixit ita iudicatum fuisse.

43 *Ad nu. 11.* quod probabit illa confessio tanquam extraiudicialis facta, parte præsente. Adde *Socc. consil. 128. & 20. vol. 1.* dicentem, vt confessio præiudicet confitenti requiri, vt parte præsente facta sit, quia ante acceptationem partis reuocari poterit semper, *Iaffred. Balbus dec. 79.* Sed de æquitate canonica confessio facta parte absente, quia talis confessio nocet, & præiudicat confitenti, *Guid. Pap. dec. 176. Vrsill. dec. 364. & Magon. dec. Lucen. 46. Affl. dec. 164.* & est *decisio Lunæ 171.* quæ absente parte extraiudicialis facta semiplenè probaret, & *Lud. decis. Perusina 9. Affl. dec. 337. & 375. & 364. & 12.* & extraiudiciale in confessionem parte præsente, & acceptante probare dixerunt *Socc. consil. 228. vol. 2. Surdus consil. 60. vol. 1. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt 21. Ant. Scappus de iure non scripto, lib. 3. c. 70. Hippol. de Marsil. de probat. Alex. consil. 19. vol. 4. Marant. in spec. p. 6. actu 5. Schrader. de feudis p. 2. sec. 13. Laderch. consil. 168. Cornaz. dec. Luc. 60. & 190. Bellonus dec. Genuæ 212.* Et quod non solum in confessione extraiudiciali requiratur partis præsentia, vt probet, sed etiam illius confessionis acceptatio requiratur, *Alex. cons. 174. volum. 6. & consil. 111. vol. 3. & in consil. 20. vol. 4. Card. Paris. cons. 34. vol. 1. Iaffred. Lanfrancus Balbus d. dec. 79.* sed quod absque acceptatione operabitur confessio contra confitentem, quia sufficit illa præsentia, idem *Balbus dec. alleg. Vigell. dec. 63. cent. 1. Dienas regul. 119.* post infinitos Doctores, quos ibi allegat, vnde dicimus, quod confessio extraiudicialis acceptata per partem, non potest reuocari prætextu erroris, *Barz. dec. 107. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 21. Bal. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posthum.* sicut dicimus, quando cum causa esset confessio facta, quia sufficit ad probandum, etiam absente parte, est *decisio Rotæ Romanæ in antiquis 18. de probat.* Et quod extraiudicialis facta confessio sine causa non probat, sed parte præsente probat semiplenè, *Marant. p. 6. actu 5. Socc. in tract. fallentiar. regul. 67. Speculator in tit. de confessionibus §. nunc videndum*, sicut quando esset iurata, quia tunc habetur pro efficaci causa iuramentum, *Gram. dec. 34* Confessio extraiudicialis pluribus testibus probata contra confitentem probat *Gerardus Mazzoll. in cons. 85. volum. 1. Hippol. de Marsil. sing 310.* post *glos. in l. capite quinto ff. de adulter.* Confessio extraiudicialis, & si non probat, ad obligandum debitum tamen probat, *Gui. Pap. dec. 176.* vbi *Ant. Rambaldi in apostil. glos. in l. fin. ff. de interrog. act.*

Depositum probatur per confessionem extraiudicialiter, *l. Publia §. fin. ff. depositi, Viuius dec. 191. Vrsill. in dec. Affl. 164* & licet confessio non valeat parte absente, valet tamen liberatoria, *Capyc. decis. 133.* valet enim confessio, quæ tendit ad liberandũ, *Papon. lib. 10 arresto 4. tit. 5.* & est *dec. Rotæ Auenion. 62.* & intelligas parte præsente, *Thesaur. dec. 106. Faber dec. 25. & 62.*

Et quod valeat hæres reuocare erroneam confessionem defuncti, dicit *Affl. dec. 233. Caualcan. dec. 18. lib. 1. Surdus dec. 130.* confessus tamen fuisse citatum parte absente extraiudicialiter probat ad eius notitiam deuenisse citationem, *Crescent. dec. vnica de confessis*, & quod idem sit, quando huiusmodi confessio extraiudicialis facta est cum iuramento, quia probat, licet facta sit absente parte; perinde enim habetur, ac si præsente parte facta fuisset, *Felin. in cap.*

Digitized by Google

cap. si cautio de fide instrum. Alex. consil. 88. vol. 7. nisi in casibus, in quibus verus actus requiritur, secundum *dec. Pedam. 170.*

44 An autem confessio facta absente parte pro exoneratione suæ conscientiæ probet, vide *Feli. & alios Canonistas in loco citato, Alex. consil. 195. in 7. vol. Bal. in l. generaliter Cod. de non num. pec. Aret. cons. 64. Viuius dec. 486.*

45 Sed confessio extraiudicialis in causa criminali facta, non præiudicat, quod fallit in multis casibus, vt per *Felin. & alios in c. olim de rescript. & in d. c. si cautio, & in c. at si clerici de iudic. & in cap. qualiter, & quando de accusat.* sed quod faciat indicium ad torturam dixit *Fel. in d. cap. si cautio, & Abbas, Bart. in l. capite quinto ff. de adulter. cap. quam graue*, vbi *Abbas de excess. Prælat. glos. in d. l. capite quinto ff. de adulter. Caball. resol. crim. casu 81. Hippol. de Marsil. sing. 310. Viuius dec. 149. Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 1. quæst. 89. Iacob. Nouell. in pract. crimin. §. sciendum, Blanc. in pract. crimin. §. confessio, Iulius Clarus in pract. crim. quæst. 21.* etiam si esset minor, quia potuit torqueri, si fuerit in ætate, qui potuit torqueri, *Gomez in cap. 13. in epitome delic.* vbi quod siue parte absente, siue præsente, quia confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, *Ang. in l. 1. Cod. de confessis.* nisi esset inuerisimilis, quia non faceret indicium ad torturam, *Foller. in pract. crim. in verbo & si confitebuntur, Hippol. de Marsi. in l. de minore ff. de quæstion. & sing. 594. Tiraq. in l. si vnquam Cod. de reuoc. don. in præfat.* vel si quis fuerit absolutus contra confessionem extraiudicialem, quia tunc talis confessio non facit indicium ad torturam, *Foller. loco citato, Bertazol. cons. 396. vol. 2. Hippol. de Marsil. cõs. 20. Alex. in l. magistratibus ff. de iurisd. omnium iud.* sicut nec etiam faceret indicium, quando illa confessio fuisset reuocata ante cœptum iudiciũ, *Bal. in l. 1. Cod. de confessis, Fel. in c. at si Clerici de iudic.* quia licita est confessio, si probet.

46 Vnde si confessus delictum extraiudicialiter non possit puniri pœna ordinaria, tamen punietur pœna extraordinaria, tamquam maledictus, qui cum malefecerit gloriatur, *Abbas, & Felin. in d. c. olim, & Innoc. in c. quàm sit de excess. Prælat.* Nec etiam habetur pro iudicato, & condemnato ad pœnam ordinariam ille, cuius fuit impunitate promissa extorta confessio, *Anton. Faber dec 8. in tit de confessis.*

47 Et quod confessio facta in foro poli non noceat in foro fori, & eam non probare dixit *Tindar. in tract. de testib. cap. 15. Ioan. And. in cap. fin. de temp. ordinat.*

Et de confessione rei locatæ facta extraiudicialiter vide *Peguer. dec. 162. Regentem de Ponte consil. 11. vol. 2. Affl. dec. 12.*

48 Et quod confessio hæc non sit probationis species, contra *Bart.* cõmuniter tenent *Doctores*, sed releuatio ab onere probandi, *Fel. in rub. de probat. et Ias. in l. cùm te transegisse Cod. de trãsact. & Fel. in cap. meminimus de accusat.* licet *Bartoli* opinio in foro Cæsaris vt idolũ adorari soleat, vt refert *Bal. in auth. nisi breuiores Cod. de sent. ex peric. recitan.* vbi *Raphael Cuma.* & quod opinio *Bartoli* in foro deficientibus legibus, pro textu obseruatur, dixit *Io. Baptista de Sancto Seuerino in tract. de modo studendi*, & quod tremens auderet *Angel.* dicere contra *Bart.* opinionem, cùm fuerit speculum iuris, & lucerna, vt in *consil. 204.* & multa commemorauit de *Bartolo Franciscus de Curte in consil. 56.*

49 *Ad num. eumdem*, quòd geminata confessio probet, Adde *Romanum in l. si verò §. de viro ff. soluto matr.* dicentem, confessionem factam extra iudicium, si geminata est, idem operari sicut confessio iudicialis, & *Felin. in d. c. olim, & Socc. consil. 127. in volum. 3. Ant. Faber in allegat. dec. 25.* & etiam si parte absente. *Afflict.* etiam in *dec. 337. Franc. Marc. dec. 79. par. 2.* Et geminata confessio extraiudicialis plenè probat, & habet vim iudicialis, *Affl. dec. 337. Bertrand. consil. 175. vol. 2. Gramm. consil. ciuil. 79. Card. Paris. cons. 75. vol. 1. Alex. Raudens. dec. 12. Marcus Mantua in dialogo de narrat. class. 19. cap. 30. Feder. Scotus in consil. 35. lib. 3. tom. 1. Iacob. Breche. in Aphor. 46. Aldouinus consil. 79. inter consilia Marci Antonij Peregr. vol. 1. Franc. Veggius cõsil. 29. vol. 1. Maran. in speculo in parte 6. actu 5. Surdus dec. 10. Franc. March. dec. 866. Bellon. dec. 70.* etiam si fiat absente parte, & sine causa facta, *Paul. Montan. de iure tutelar. cap. 38. Franc. Marc. quæst. 166. vol. 2. Magon. dec. Luc. 46. Idem March. dec. 286. p. 2.* Non tamen dicetur geminata confessio in eodem instrumento, vel scriptura pluries repetita, quia pro vna habetur, *Verall. dec. 150. p. 1. 328. par. 2. & 336. par. 3. & Iason in consil. 36. vol. 3.* & quod procedat si geminatio est facta ex interuallo, secus si simul, *Affl. dec. 285.*

50 Et quod confessio facta licet in iudicio nullo noceat, ex Abbate in c. cum dilectus de ordine cognit. Adde quod confessio facta coram Iudice incompetenti nullius roboris est, neque momenti, *Alex. cons. 18. vol. 4. Socc. Felin. & Abb. in c. at si clerici de iudic.* Poterit tamen cogi in tali confessione perseuerare coram competenti iudice, *Ricc.* dicit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolit. & poterit ad torturam poni, sicut si extraiudicialiter confessus fuerit, *Balb. dec. 103.* nisi doceret de errore, vel causa variandi, *Rubin. dec. 31.* quia confessio facta in actu nullo ex defectu iurisdictionis non valet, *Felin. in c. qualiter, & quando de accusat. Ias. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verbor. obligat. Vant. de nulli. in tit. quib. mod. sentent. nulla repar. pos.* Hinc dicimus confessionem clerici coram iudice laico factam, nullum effectum producere, vt possit ex illa condemnari, *Bart. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. iudic. vbi Ias. Dec. & cæteri Doctor. Gramm. in cons. 42. criminal.* & alij, quos citat *Carrer. in sua pract. crim. §. septimum iudicium*, dicens omnes tenere confessionem factam coram iudice penitus incompetente, vt quia clericus confitetur coram laico iudice, vel laicus coram ecclesiastico iudice, quia tunc non valet confessio, nec nocet, nec confessus tenetur ratificare, nec facit indicium, & post hæc mea scripta, vidi *Ricc. in dec. 81. in 4. parte decision. nouissimarum Curiæ Archiep. Neapol.* impressarum in anno 1625. dicentem, quod Curia illa cẽsuit, nullo modo clericum pro falsitate commissa

Digitized by Google

missa coram Iudice sæculari, venire puniẽdum, & de clerico committente falsum testimonium coram Iudice laico qualiter,& per quem sit puniendus vide *Affl.in dec.230.* vbi *Vrsill.*

Non tamen hæc confessio prodest alteri,quã ei, cuius respicit fauorem, *Guid.Papa dec.254. Oraſch.dec.138.* & inter confitentes nocet confessio,*Affl.dec.245.* nisi tertius præstitisset consensum, vel nisi adesset verisimilitudo,est *decisio Rotæ Romanæ diuersor.396. par.1.* tertio enim non præiudicat confessio inter alios facta, *Affl. dec.150.* vnde confessus se hæredem alicuius esse ad vnius instantiam, quod non præiudicat sibi quoad alios illa confessio, iuxta *tex.in l. final. de interrogat. actio.* de quo vide *Vrsill. ad dec.Afflict.150.* & vide *eumdem Affl.in dec.83.* an confessio facta in instrumento,præsentibus partibus, fidem faciat etiam in alia instantia contra eos, & ad alium effectum, & confessio cedentis noceat cessionario vide *eumdem Affl. dec. 163.* & quod confessio correi non noceat correo dicit *idem Affl. dec. 396.* & est *decisio Rotæ Genuæ 65.* & an præiudicet confessio litigantium cum cohærede,qui verè non est, vide *Guid.Pap. dec.254. Præsid.de Franchis dec.160.* & confessio coadiutoris quod coadiuto non noceat dicit *Achilles de Grassis in dec. 3. de confess.*& an confessio filij noceat patri vide *Franc. Marc.in dec.205.*

51 *Ad n. eumdem* 12. quod Iacobus numquam docuit de errore, vel probauit contrarium, Adde quia confessio erronea potest reuocari, docto tamen prius de errore, *Mynardus dec. 122.lib.1.* & quod confessio reuocari potest antequam sit redacta in scriptis, *Alex. conſ. 34. vol. 1.* & an, & quando reuocari possit vide *Soccin.in conſ.97.vol.4.* & an confessio geminata reuocari possit, vide *Felin.in c. cùm venerabilis de exceptio.* non tamen confessio deliberata reuocari poterit, *Toming.in dec. 91. par. 2.* & quod non possit reuocari prætextu erroris geminata confessio extraiudicialis *Io.Brech. in iuris prudentia Aforism.46. & 47. Socc.in regul. 64.fallen.5. Cumia in rit. Siciliæ cap.37.* quæ geminata confessio non solum probaret, vt dixi superius, sed etiam quando cum extraiudiciali confessione concurrerent aliæ coniecturæ, quia plenè probarent, etiam in causa criminali, secundum *Rotæ Pisanæ dec. 12. & Rotæ Romanæ Putei dec.5. de confess.* sicut etiam valeret confessio facta parte absente in his, quæ dependent à mera voluntate confitentis, secundum *dec.Genuæ 37.* & licet dixerint *Caputaquenſ.dec. 185.& Gramm.dec.81.* confessionem in his, quę dependent à mera voluntate nostra nihil dare, aut tollere,hoc angustiatur valde per *Bellamer. dec.684* qui dicit *dec.692.*licet confessio confitenti præiudicet,quoad probationẽ, confitentẽ tamen non obligat,sicut valet dotis fauore,*Magon.decis. Luc.64.* vel quando confessio fit ad aliquem actum dubium declarandum ab ipso confitente prius factum, secundum *dec. Pisanam 12.* sicut dicimus, confessionem valere factam in epistola,vel literis,vt per *Capyc.dec.71.* vbi ego scripsi, sicut etiam quando agitur de execrabilitate probanda secundum *decis.Rotæ per Puteum 6. de confess.* & quod confessio per errorem possit reuocari per confitentem in vltima voluntate,& eius hæredem, *Affl. dec.133.* vbi *Vrsillus*,si erit hæres vniuersalis, *Achill. de Grass.dec.90.de except.*& an possit reuocari post latam sententiam, & an post cõclusum in causa, *Capyc.dec.28. & Affl.dec.44.* & posse reuocari confessionem per errorem est *l.error. Cod.de iuris, & fac.ignor.* & dicit *Alex. conſ. 145. vol. 6.* sed cautelam posuit *Cœpolla in caut. 69.* vt reuocari non possit. Vnum tamen notabis, quod confessio ab errore proueniens,non nocet,etiam sæpè repetita, *Alex.conſ.12.vol.1.Bal.in l.1.Cod. de errore aduocat.Franc.Marcus dec.1184.* In prima tamen instantia facta per procuratorem cõfessio potest per dominum reuocari in secunda instantia, vt in *decis.Rotæ Romanæ 2.de confessis in antiquis, Caputaquenſ. dec.198.part.1. & 230. part.2.* & posse in secunda instantia confessionem reuocari dicit *Capyc.in dec.28.& Bellamer. dec. 296.* & quod etiam non docto de errore possit confessio absente domino per procuratorem reuocari tamquam erronea,est *decisio Rotæ diuersor. lib.3. part.1. idem Caputaquenſ. dec. 139.* & non solum in prima, sed etiam in alia instantia, secundum *decis.Rotæ Rom. in nouiss.de confessis*,& etiam post executionem sententiæ, & præsertim est reuocabilis si facta fuit à procuratore reuocato, *Caputaquenſ. dec.198.par.1.* & è conuerso poterit reuocari à generali procuratore docto de errore confessio facta principalis, secundum *decis. Peregr. 154.lib.2.* & est *decisio Putei 2.de confessis*, & an possit confessio tacita insurgens ex verbis libelli post contestatam litem reuocari, *Balb. dec.88.* & quod sicut expressa confessio præiudicat confitenti, ita & tacita, *Rubin. dec. 96.* vnde plenè probat confessio resultans ex productione iurium in actis, *Affl.dec.15. Gramm.dec.105.& 25.* quæ tacita confessio reuocari potest, vt habetur in *decis. Pedamon.39.* docto de errore, qui dicit etiam reuocari confessionem, vbi falsum declaratur instrumentum productum, vnde confessione facta in articulis,vel responsione ad positiones, quæ præiudicat docto de errore potest reuocari,*Caputaquenſ.dec.191.* sed *Bellamer.*tenuit in *dec.695.* etiam non docto errore posse reuocari, & quod docto de errore, reuocatur etiam confessio facta, est *decisio Pedamontana 138. & Caputaquenſ.dec.32.part.2.* & quod confessio filiæ renunciantis bona coram Arbitris non facit fidem coram Iudice,nisi tantum,vt extra iudicium,*Marescott.variarum resol.c.131.lib.2.* non tamen poterit reuocari quod in Rota Sacri Consilij Neapolitani aliquis confessus est,vt refert *Annaſingul.87.* fuisse decisum in causa Comitis Sanctæ Agathæ cum fratribus,& pro hoc facit etiam quod dixit *Cacher.dec.138.* vt regula illa, quod confessio absente parte non probet, vt fallat, si confessio in precibus facta fuisset,non tamen noceret confessio patris per publicum instrumentum filij declarantis eius familiam nunquam gauisam fuisse in aliquo ex quinque Sedilibus Neapolis, *Fabius de Anna*

Digitized by Google

in cons. 17. & 80. Regeus Valenzuela cons. 90. Franc. de Amicis c. 1. de his qui feud. dar. poss. in §. & veniendo ad primam. & quod illa conclusio, vt possit erronea confessio reuocari, quod vera sit in criminalibus, sed non in ciuilibus, *Anton. Faber in dec. 1. de confessis*, vbi dicit etiam rationem diuersitatis; debet enim reo cõfesso breuis terminus dari aduersus confessionem, *Viuius dec. 68.* Nisi essemus in crimine notorio, *Papon. arrest. 17. lib. 3.* Vel in capto in fraganti crimine, vt per *Gallum in dec. 122. Franciæ diuersorum.*

Et quod possit reuocari etiam confessio iudicialis acceptata, probando errorem, dixerũt *Laderch consil. 168. Alex. consil. 90. vol. 1. & cons. 42. vol. 5.*

52 Et confessio iudicialis coram Iudice facta probat, & valet in causis ciuilibus; habetur enim pro condẽnato confessus, *l. 1. ff. & Cod. de confess.* dummodo fiat in iudicio, vbi ius redditur, & loco maiorum, & quando Iudex sedet ad bancam pro tribunali, *Boer. dec 90. Carolus de Grass. in tract. exceptionũ in 14. exceptione. Aff. dec. 245. Ioan. de Amicis cons. 129. Rom. consil. 8.* nisi bis emanauerit confessio iudicialis, etiam si non fieret in figura iud.cij, *Bart. in l. cùm scimus Cod. de agric. & censit.* intelligendo vt tunc debeat fieri in iudicij figura, quando ardua causa esset, & plenam cognitionem exigeret, secus autem esset in causis nõ exigentibus plenam cognitionem, quia tunc præiudicaret confessio, etiam si in itinere coram Iudice fiat, *l. voluit §. quod ait prætor ff. de interrog. act.* vbi *glos. & Marant. in p. 6. actu 5.*

Sed quod confessio coram Iudice facta præiudicet, & dicatur facta in iudicio, est tex. in *l. voluit §. quod ait prætor ff. de interrog. act. Guid. Pap. quæst. 120. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 1. Franc. March. quæs. 697. & 712. Magon. dec. 25. Ozasch. dec. 109. Roland. à Valle consil. 31. vol. 1. Ludou. Rom. sing. 729.*

Confessio iudicialis sine causa operatur, & valet, *Felin. in c. si cautio de fide instrum.* vbi dicit communem, vt differat ab extraiudiciali, *Guid. Pap. dec. 176.* vbi *Addent. Curtius Iunior in auth. pacta nouissima Cod. de pact.* Confessio iudicialis facta in libello porrecto, præiudicat producenti, cum fateri videatur omnia in libello contenta vera esse, *l. cùm precum Cod. de liberali causa*, sicut etiam in supplicatione Principi porrecta, *d. l. cùm precum, Viuius dec. 60. Afflict. decis. 14. Don Garsias Mastrill. dec. 149. & dec. 179. Steph. Gratian. decis. 19. Flaminius Chartarius dec. 123. Card. Tarisc. consil. 115. vol. 1. Ant. Capyc. decis. 71. Ozasch. dec. 34.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 Consuetudines Neapolitanæ incip. Si quis, vel si qua, & alia incip. Etsi testator, *an locum habeant patre, vel matre existente in medio, & nu. sequenti.*

2 *Hominis generatio quomodo fiat ex masculo, & fœmina.*

3 *Fabius Richardus laudatur.*

DECISIO XXXVIII.

1 AN *Consuetudo Neapolitana si quis, vel si qua*, habeat locum patre, vel matre existente in medio, & similiter *Consuetudo, Etsi testator*; & quod ex *Napodano* non habeat locum *consuetudo*, sed firma remaneat dispositio *auth. defuncto Cod. ad Tertullian.* vt dicit *Minadous* noster in hac sua *dec. 38. in principio*. Addetu, quod non habet locum dicta consuetudo patre, vel matre existente in medio, & hæc est communis Doctorum opinio, vt per *Napodanum in dicta consuet. si quis, vel si qua, & alios Addentes ad Neapodan. fol. 114. Camill. Salern. in d. consuet. Et si testator, fol. 182. & Reuerter. in discursu posito post dictas consuetudines, Præses de Franchis in c. 489. & 606.* & alibi passim *Regens de Ponte in cons. 61. Vrsill. ad decis. Aff. 38. & idem Minadous* dixit superius in alia eius *dec. 26.* vbi ego scripsi, & me remisi ad ea, quæ dicebam in hac decisione, quia est eadem materia cum dicta *dec. 26.* Quia consuetudo est stricti iuris, & in casu proprio tantum locum habet, & extendi non potest ad casus alios non expressos, qui in iuris communis dispositione remanent, & sic secundum *tex. in auth. defuncto Cod. ad Tertullianum* quæ per dictas consuetudines correcta non est; quia licet à patre præcipuè fiat generatio, ex sanguine cuius in vterum matris immisso fœtus formatur, vt *in auth. de consanguin. & vter. frat.* & sententia communis tenet secundum Medicos, quod semen mulieris necessario non concurrit ad generationem, sed sufficit seminatio viri tantum in vase mulieris, vt docet *Put. in 4. sent. dist. 11. q. 1. art. 3. Federic. de Sen. cons. 301. Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. verbo cuidam Petro*, tradiderunt *Abbas, & Hostiens. in c. fraternitatis de eo, qui cogn. consan. vxor. suæ.* concurrit attamen ad generationem mater ipsa, cuius concursus per seminis receptionem non solum, & passiuè, sed etiam actiuè concurrit; sanguis enim mulieris per viri sanguinis receptionem commiscetur, ex qua seminum, & sanguinum commixtione fit generatio, ad *tex. in l. diuus ff. de var. & extraord. criminib & l. hac parte ff. vnde cognati, & l. negat lex regia ff. de mort. infer.* & ideo mater, & pater æqualiter succedunt, & sic non habent locum consuetudines ipsæ matre, vel patre existente in medio, vt ista, & alijs rationibus nouissimè probauit *Molfes. ad Consuetud. Neapolit. part 4. de success. ab intestat. q. 44* quia cum masculus, & fœmina ad esse filij, & generationem operentur ex diuina operatione, & illius propagationem vtèrque æqualiter succedere debet in bonis filij, vt in *auth de trient. & semiss. §. neque illo*, & alijs rationibus, vt *ibi* per *Molfes.* per totam illam quæstionem.

2 *Ad n. 2.* quod existente patre, vel matre in medio non habet locum *Consuetudo*. Adde quod sequitur hanc decis. & *dec. 26. Minadoi Præses de Franchis dec. 537. in initio.*

3 *Ad nu. 4.* vbi dicit *Minadous* patre existente, an concurrat cum eo frater vterinus, qui per

Con-

Digitized by Google

Consuetudinem Neapolitanam succedit insimul cum patre in bonis maternis, Adde quia sic declarauit dictas Consuetudines *Napodanus*, vt fuit dictum in *decis. Præsidis de Franchis* 91. & 92. & de hac decisione meminit etiam idem *Minadous in repet. const. Regni In aliquibus*; quid autem dicendum est retentis ijsdem terminis huius decisionis, qui loquuntur patre hęrede instituto, quando fuerunt alij instituti, quam pater, *Præses de Franchis decis.* 537. facit differentiam inter casum huius decisionis, & casum in illa decisione, vbi non pater fuit institutus, sed alij, & in casu suo loqui *Minadoum* dicit patre instituto, secus quando alij fuerunt instituti, & casus esse diuersos; immo dicit hanc decisionem non carere difficultate, præsertim quando coniũgerentur verba *Clos. finalis Consuetud. Neapol. incip. filijs familias*, cum verbis positis in eadem *Consuet. in vers. Saluo, &c.* & quia secundum communem factam interpretationem dictæ *Consuetudinis Neapolitanæ*, semper obseruatum fuit, & Neapoli decisum matrem admitti insimul cum fratre vtrinque coniuncto, excluso vterino tantum, vel consanguineo, secundum iuris communis dispositionem, *Præses de Franchis dec.* 112. & antè eum *Ant. Alex. ad Consuet. sed si morienti de succes. ab intestat.* attamen contrarium fuit decisum in eodẽ Sacro Neapolitano Consilio temporibus nostris, referente olim Fabio Riccardo optimo Consiliario iunctis aulis, quia fuit admissa mater cum fratribus vtrinque coniunctis, & pariter cum fratribus consanguineis in casu Hippolytæ Capomazzæ, cum illis fratribus de Burellis in causa de Mondellis super hæreditate fratris ex secundo matrimonio decedentis in pupillari ætate.

4 *Ad n.* 5. Adde quòd de *Apostilla Stephani de Gaieta*, de qua loquitur *Minadous* meminit etiam *idem Præses in d. dec.* 537.

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Vsura an sit prohibita de iure diuino, canonico, & ciuili, & nu.* 8. & 9.
2 *Vsura, & eius peccatum an idem sint.*
3 *Interesse an sit prohibitum, sicut vsura.*
4 *Interesse quid sit, & quando debeatur, et quæ sit differentia inter interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & quomodo taxetur, & quæ sint probanda.*
Interesse quando remissum censetur per sortis receptionem, ibidem remissiuè.
5 *Fœnæ vsurariorum, quæ sint.*
Aloysius Riccius laudatur, ibidem.
Scipio Rouitus laudatur, ibidem.
6 *Crimina an sola pœnitentia tollantur, peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.*
7 *Bona vsurariorum an sint tacitè hypothecata pro vsuris restituendis.*
10 *Sacri Neapolitani Consilij sententiæ an vim legis obtineant.*
11 *Doctoris authoritas an probationem desideret.*
12 *Papa an fiat Doctor vtriusque Iuris ex eo solo quod est Papa.*
13 *Author scripsit super Codice.*
14 *Accusationem fiscus an possit prosequi desistentibus accusatoribus, & an procedatur ex officio in hoc crimine, & nu.* 15.
Vsurarius manifestus quis dicatur. ibidem.

DECISIO XXXVIIII.

1 IN initio huius decisionis, ibi, ne amplius in contemptum diuinæ, atque humanæ legis hoc scelus substineatur, Adde quod de iure diuino prohibitæ sunt vsuræ, vt habetur *in clementina vnica de vsuris, & in c. multi dist.* 47. & probat latissimè *Salas in* 3. *dubio de vsuris*, & prohibetur etiam de iure canonico, vt *toto titulo de vsur.* & etiam de iure ciuili, quia & si variè fuerint sententiæ Scribentium, an de iure ciuili sint prohibitę vsuræ, vt licet communis sit quasi omnium, vsuras non esse prohibitas de iure ciuili, *Castill. cons.* 36. *Carauit. in ritu* 21. tamen etiam de iure ciuili per ius authent. sunt prohibitæ vsuræ, secũdum communem opinionem relatam per *Imol in clem.* 1. *de vsur. & in l.* 1 *ff. de solut. Abbas in cap. cum sit generale de for. comp.* & dicit ab ea tanquam veriori, & magis communi non esse aliquo modo recedendum in practica *Iul. Clar. in* §. *vsura.* & de iure diuino, naturali, & canonico, & ciuili prohibitas esse vsuras, dixit *Guid. Pap. in tract. de vsur. Ozasch. dec.* 137. *Couarru. variar lib.* 3. *c.* 1. *Peregrin. cons.* 19. *vol.* 3. quæ vsura nedum committitur pro pecunia ex causa formalis mutui debita, sed etiam ex pecunia debita ex quacumque alia causa, quæ appellatur vsura indirecta, *Abb. in c. final. de vsur. Menoch. cons.* 109. ex Theologor. authoritate comprobans, & *Ozasch. dec.* 95. hinc illationem fecit nouissimè Regens *Constantius* hoc esse crimen mixti fori *in l.* 1. *Cod. pœn fiscal. cred. præfer. lib.* 10. ex *Deciano in lib.* 4 *c.* 27. & ego addo *Peguer. in dec.* 30. & 35. *Caball. resol* 188. *Franciscum March. dec.* 523. *vol.* 2. *Ozasch. dec.* 137. & *Iul. Clar. in d.* §. *vsura*, & de hoc latè dixit *Farinac. q.* 8.

2 Non autem vsura, & eius peccatum sunt idẽ, quia vsura est illud lucrum pecunia extimabile, quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur, peccatum verò vsuræ, est illud velle, seu accipiendi appetitus lucrum vsurarium, vt dicit *Less. lib.* 2. *de iustit. & iure c.* 20. *Nauar. in summa cap.* 17.

3 Licet tamen vsura prohibeatur omni iure (vt dixi) tamen interesse lucri cessantis, vel dãni emergentis omni iure permittitur; est enim damni compensatio, quod ob non restitutionem mutui aliquis patitur, vel lucri, quod non acquirit mutui facti occasione, vel suo tempore
4 non restituti; nihil aliud est enim interesse, nisi id quod interest, nempe, illa vtilitas quæ mihi abest, & quam potui adipisci, vt *ff. de actio. l.* 1. & hoc interesse debetur, vel quia est damno affectus, vel quia aliquod lucrum non consequitur, *l. si commissa ff. rem ratam haberi, Nauarr. in summa c.* 17. vndè cõmuniter dicũt *Doctor.* duplex esse interesse, vnum quod dicitur damni emergentis, alterum vero lucri cessantis, *Idem*

Digitized by Google

Nauarr. in comment. de vſur. n. 40. Anan. conſ. 76. Bal. conſ. 343. vol. 1. & intereſſe lucri ceſſantis eſt extimatio vtilitatis, quam quis ex pecunia, quam mutuauit alteri certo tempore reſtituendam, & non reſtituit, ab eo tempore lucrari potuiſſet, quod intereſſe quomodo taxandum ſit, eſt conſideranda perſonæ qualitas, ſi erat negotiari ſolita, & ſi negotium re vera exercuiſſet, quia aliàs tale intereſſe non deberetur, & etiam ratio periculi habenda erit, quod potuiſſet ſubſtineri, deductis etiam expenſis, quæ omnia prudentis viri remittuntur arbitrio, quod regulariter taxatur ad rationem quinque pro centenario *Nauarr. d. c. 17. Barboſ. in l. 2. ff. ſolut. matrim. p. 1. Molfeſ. ad conſuet. Neapolit. tom. 3. q. 2. de contraben. empt. Roderiq. de ann. reddit. q. 16. Menochius conſ. 1118. vol. 12.* Vbi dicunt etiam *Doctores* allegati de doctore, & milite, & perſonis eccleſiaſticis, quod non poſſunt hoc lucrum habere, & omnes alij qui tenent pecuniam otioſam; intereſſe vero damni emergentis eſt damnum quod accidit alteri, ex non reſtituta ſibi pecunia tempore præfixo, quod duplex eſt, vnum eſt intrinſecum, ſiue in re quod prouenit ex re immediatè, vt agrorum fructus, vel animalium, & huiuſmodi ſimilia, alterum vero extrinſecum eſt, aut extra rem quod prouenit ob non impletum factum promiſſum, vt quia tibi pecuniam mutuaui, vt illam mihi infra menſem reſtitueres, & tu pecuniam mihi non reſtituiſti illo tempore præfixo, vnde mihi interim damnum ſucceſſit, vt quia frumentum, vel alia ad victum mihi neceſſaria emere nequiui, vel domum, quæ corruebat reparare non potui, vel quia non potui creditoribus meis debita mea ſoluere, vnde duo probanda veniunt in hoc intereſſe, vt debitor ſit in mora, & damnum ſit ſecutum re vera, vt per *eumdem Molfeſ. loco citato*, & alios, quos citat *Cardinalis Tuſchus in verbo intereſſe, concl. 297.* hinc dixerunt *Nauarr. d. c. 17.* & alij relati per *Regin. al. lib. 23. ſuæ praxis*, quod in taxatione huius intereſſe tria requiruntur, primo vt non ſit palliatum, ſed verum, vt non fingant contrahentes alium contractum celebrare, & ſit mutuum, re vera, & detur ad reſtituendum dilatio, & aliquid exigatur pro illa dilatione, quia hæc eſſet palliata vſura, ſecundo vt mutuatio, vel alterius rei mutuatæ ſolutio ſit talis lucri amiſſionis cauſa, vel vt tale damnum patiatur, & tertio, vt conſtet veriſimiliter potuiſſe lucrari ex mutuo dato mutuantem ipſum, *Scaccia in tract. de commer. & camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. Salas in tract de vſur. dub. 20.* Ideo vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur duo debent probari vltra moram debitoris, ſcilicet, quod creditor ſit ſolitus negotiari, & pecuniam ſuam ad honeſtum lucrũ ponere, & ſecundo ſi pecunia debita ſoluta ſibi fuiſſet tantum lucratus fuiſſet ad rationem pro centum, quia potuiſſet illam pecuniam dare ad cenſum ad rationem ſeptem, aut octo, aut nouem pro centum, vel in mercaturam pannorum, aut ſerici, ex qua mercatores lucrati ſunt decem pro centum, quia non oportet incertum lucrum deducere, ſed probare de lucro certo ſecundum doctrinam *Pauli de Caſtro in l. 3. §. nunc de officio ff. de eo quod certo loco* communiter receptam, vt dicit *Natta conſ. 450. & Burſat. conſ. 72. Mohed. dec. 208. Franc. March. dec. 166. p. 2. Affl. dec. 20.* & de duobus quod ſunt probanda in lucro ceſſante communis eſt opinio, vt intereſſe lucri ceſſantis debeat non præſumptiuè, ſed certitudinaliter probari *Menoch. de arbitr. caſu 119. Put. dec. 237. Hond. conſ. 50. & 59. lib. 2.* iuxta doctrinam *Paul. de Caſtro*, quæ eſt communis, & proindè nè fallaris cum *Burſat. in conſ. 68. Bart. in l. vnica Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſſ.*, vbi *Cagnol. & Iaſ. in l. nummis ff. de in lit. iur. & Satyc. in l. 3. §. ſui ff. de eo quod cert. loc. Angel. Imol. & Aret. in l. continuus §. cùm ita ff. de verb. oblig. Anchar. famil. quæſt. 33. par. 2. Alex. conſil. 141. lib. 4. Ruin. conſ. 104. lib. 4.* & cum alijs, qui dicunt, ſufficere non eſſe certum, ſed haberi pro certo, vel per modum, vel quod tantum mercator potuiſſet lucrari, vel per veriſimilitudinem, vel à communiter accidentibus, vt *ibi per eos*, à quibus caue, ſed ſequere doctrinam *Caſtrenſis*, quæ eſt communiter recepta in deciſione cauſarum, *Peregr. conſ. 85. & Alex. conſil. 141.* in intereſſe damni emergentis poſuit exemplum, vt quia ob non ſolutam debitam ſortem, ſub vſuris pecuniam accipere oportuit creditorem, ſeu ad intereſſe, aut quia non potuit ſe creditor ab vſuris liberari, quas ſoluebat, vel quia creditoribus ſoluere nequiuit ob pecuniæ defectum, ideo aut paſſus eſt ſuorum bonorum venditionem, & ſubhaſtationem ad creditorum inſtantiam, immo quod non ſufficit probare creditorem ſub vſuris pecuniam retinuiſſe, vel recepiſſe, & eius debitorem tempore non ſoluiſſe, ſed quod eb ſolutionem retardatam ad vſuras acceperit pecuniam *Honded. conſil. 36. Mohedan. dec. 103.* & de pluribus ſpeciebus intereſſe vide latè *Maſcard. de probat. in verbo intereſſe*, & quando intereſſe non cenſeatur remiſſum per receptionem ſortis principalis, cum diſtinctione ſi debeatur iure actionis, vel officio Iudicis, iuxta *text. in l. fin. ff. de eo quod intereſſ.* vide *Præſidem de Franch. dec. 21. & Maſtrill. dec. 124. Surdum dec. 245. Card. Tuſchum loco citato in verbo intereſſe*, & alios multos relatos per *Molfeſ. eundem ad Conſuetud. Neapol. tom. 2. part. 10. quæſt. 16.*

5 Et quia omni iure prohibitæ ſunt vſuræ, meritò vſurarij pœnas multas patiuntur, quia vtroque iure ſunt infames quando eſt manifeſtus vſurarius, *l. improbum Fœnus Cod. ex quibus cauſ. infam. irrogatur, & cap. infames §. porrò 3. quæſt. 7.* vndè ad ſacros ordines promoueri non poſſunt, *cap. infames 6. quæſt. 1. Molfeſ. in ſumma tractat. 2. cap. 16. & tract. 6. cap. 7.* quia nec etiam poſſunt habere beneficia Eccleſiaſtica, quia ſuſpendendi ſunt à beneficio *cap. præterea de vſur. Card. Tuſchus in verbo vſurarius concluſ. 143. cap. ſi quis diſtinct. 47. Abb. in d. cap. præterea de vſur.* & ſi in hoc peccato deceſſerint carent ſepultura Eccleſiaſtica, *cap. quam quam de vſur. in 6. & in clement. vnica de vſur. Nauar. in d. cap. 17. Card. Tuſchus loco citato.* Ad-

dentes

Digitized by Google

dentes ad Clarum in §. vsura in verbo testari, vbi latè de sepulturis vsurariorum, nec etiam possunt testari, nec etiam ad pias causas, nisi præstita cautione de restituendis vsuris, *cap. quamquam de vsuris in 6.* aliter enim factum testamentum est inualidum, & nullum,& non solum hæc intelliguntur de testamento, sed etiam de codicillis, & alijs vltimis voluntatibus,& cautio intelligitur datis pignoribus, vel fideiusoribus; non tamen sufficeret iuratoria cautio,vt per *glos. in d. cap. quamquam*, communiter receptam,& latè *Card. Tuschus in conclus. 342. in verbo vsurarius*, quæ cautio etiam valebit si detur post factum testamentum ante mortem testatoris, quia valebit i lud factum testamentum *glos. in clement. 1. de sepult. & glos. in d. cap. quamquam*, vbi *Butr. & Anchar.* sicut etiam valeret testamentum si ille vsurarius iussit hæredes præstare cautionem,& vsuras restituere *Iul. Clar. in §. testamentum quæst 26. Salas in dub. 47. de vsuris. Bal. consil. 57. lib. 5. & 128. lib. 3.* Priuantur etiam communione altaris vsurarij isti, *cap. quia in omnibus de vsur. Card. Tuschus in d. verbo vsurarius Nauar. in d. cap. 17. Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 3.* & repelluntur etiam à iudicio vsurarij isti *Bal. consil. 312. lib. 5.* & quia pœna corporali sunt puniendi,quia de iure ciuili non est determinata pœna,remansit pœnam esse arbitrariam, vt per *eundem Card. Tuschum in verbo vsurariorum pœnæ in conclus. 354.* & propter vsuram potest quis criminaliter etiam puniri secundum communem opinionem relatam per *Corne. consil. 19. lit. S. vol. 3. Alciat. in cap. 1. de offic. ord.* & ita seruauit pluries Senatus Mediolanensis, condemnando vsurarios pœna extraordinaria *Clar. in §. vsura*, & torturæ subijcit Parlamentum Parisiense *Quidam Auctor in tract. de vsur.* quia potest in crimine vsurarum tortura irrogari. *Socc. consil. 219. volum. 2. Foller. in pract. crim. canon. cap. 20.* Sed in hoc Regno Neapolitano non deuenitur ad torturam. *Marant. in titulo de inquisit.* & refert *Baiardus ad Clar. in §. vsura*, & per *Constitutionem Regni huius Neapolis incip. vsurariorum* est imposita pœna publicationis bonorum, vt dixit *Maram. in sua Praxi in titulo, & peruenitur aliquando per viam inquisitionis*, quod nullo casu magis conuenire poterit pœna pecuniaria,quàm contra vsurarios, qui ex auaritiæ rabie peccant,& fomite cupiditatis, nam semper eget auarus, vnde merito puniri debet in quo deliquit, debet enim pœna esse delicto conformis, *l. sancimus Cod. de pœn. Carau. in rit. 21.* de quo crimine possunt etiam hodie cognoscere Barones habentes merum, & mixtum imperium, vt fuit decisum pro Comite Montellæ in Sacro Neapolitano Consilio, vt refert *Consiliarius Rouit. in pragmat. 1. de vsurar. D. Ricc. Collect. 2046.* quem vocat doctissimum nouissimè *Regens Constantius Marchio Corleti in rubr. de iure Fisci*, & de dicta decisione meminit *Vinius dec. 237.* & nouissimè *Idem Regens Costantius in l. 1. Cod. pœn. fiscal. cred. præfer. lib. 10.* post hæc mea scripta impress. allegans *Rouitum*, quem vocat doctissimum Consiliarium,probans ex multis *Doctoribus*, quod quando pœna confiscationis est imposita spectat ad Barones habentes merum, & mixtum imperium, & in Statu Ecclesiastico prouisum est per *Constitutionem Marchiæ c. 13. lib. 3.* quod vltra alias pœnas spirituales à sacris Canonibus institutas incurrunt pœnas centum ducatorum ipso facto Cameræ Apostolicæ applicandorum,& meminit *Baiard. ad Clarum in §. vsura*, & an vltra pœnam publicationis bonorum possit puniri criminaliter vsurarius,vide *Gabriel. lib. 7. commun. opin. titulo de malefic. conclus. 20.* & de multis pœnis vsurarijs infligendis vide *Lupum in tractat. de vsur. comment. 4. cap. quamquam.* & quod in causa vsurariorum potest fieri inuentarium bonorum mobilium, & sequestratio *Carau. in rit. 21.* & ad materiam *Nouarius in pragmat. 1. de vsurar.*

6 *Ad num. 4.* quod sola pœnitentia deleantur crimina, Adde quod hoc limitatur,nisi quod extortum fuerit, restituatur; *cap. quia in omnibus de vsuris*; non enim peccatum remittitur nisi restituatur ablatum, *cap. peccatum de regul. iur. in 6.* vsurarius autem an cogi possit ad restitutionem vsurarum vsq; ad sacculum, & peram, an verò deducto nè egeat distinguit *Bero. in cap. cùm sic de vsur.* in foro animæ,& in foro contentioso,vt in hoc contentioso cogatur integraliter ad restitutionem vsurarum, si non cessit bonis, etiam si pauper remaneat, & inops post restitutionem integram, etiam si nõ habeat vnde se alere possit, *cap. peruenit de fideiussoribus* secus si bonis cessit, quia cogi non potest ita vt sibi non remaneat vnde se alere possit, sed in foro animæ tenetur vsurarius propter inopiam simplicem, & solam soluendi difficultatem inquantum facere potest deducto ne egeat, sed *Alb. in d. cap. cum sic* post *glos.* dicit vsurarium teneri de iure enim diuino, & naturali huiusmodi restitutio faciendæ est, vt in *toto titulo de vsuris*, in iure canonico: vnde communiter concludunt omnes Theologi,& Canonistæ,dominium non acquirere vsurarium eorum quæ per vsuram acquirit *Regin. lib. 10. suæ praxis Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 3. Nauar. de restit. lib. 3. cap. 2.* & alij infiniti relati per *Salas de vsur. lib. 38.* nisi per accidens, quo casu potest vsurarius dominium acquirere, vtputa si cum rebus suis commixtæ sint res vsuriæ, vel sint consumptæ,vel consumptibiles,vel alienatæ, quia tunc dominium licet habeat liberè illarum rerum, tenetur tamen soluere illarum extimationem domino, vel eius hæredibus,vt latè per *Salas loco citato.* Vbi dicit,vsurarium non acquirere dominium fructuum, quos res fructifera producit, quam rem acceperat per vsuram ille vsurarius, quia fructus illi in sortem excomputantur, deducendo tamen expensas factas circa eosdem fructus *l. si vt proprijs Cod. de reuend. l. quamuis Cod. de pignorat. actio.* Si autem ex rebus vsurarijs non fructiferis ex mera industria vsurarij alias res acquirat,efficitur Dominus talium re-

Digitized by Google

rum,ſed tenetur reſtituere vſurariè acceptum, vt dicit *Salas loco citato,Tolet.lib.5.cap.35. Regin.al.lib.*10.*Couar.lib.*3.*cap.*3.

7 Non tamen erunt hypothecata bona vſurarij pro vſuris reſtituendis *Idem Salas de vſur. dub.*41.*Card.Tuſchus in verbo vſurarij bona concluſ.*359. *Nauar. in cap.*17. *in ſumma*, *& Couar. loco citato*, *&* Regin*. lib.*10.*Molfeſ.conſil.*13.

8 *Ad nu.*5.vbi dicitur quòd crimen eſt quippè, quod natura ipſa, atque euangelica lex maximè deteſtatur,& horret. Adde quod vſuram eſſe prohibitam de iure diuino etiam Euangelico *Couar.* dicit *in cap.*1.*lib.*3.*var.reſolut.* Secundum communem opinionem Theologorũ, & Canoniſtarum,& in materia vſurarum quod potius ſit ſtandum Doctoribus Iuris Canonici, quàm Theologis *Riminal. Iun. conſil.*177. *Dec. conſil.*111.*Alex.conſil.*1.*vol.*2. & dixit *Corſet. conſil.*25. *inter conſilia criminal. diuerſor. tom.*2. vſuram prohibitam lege Moſaicha, Euangelica,Canonica,Autentica,Philoſofica,& Politica, ideſt ciuili, & ſequitur nouiſſimè *Baiardus ad Clar. in §. vſura*, & hanc veritatem non ſolum agnouerũt Catholici, ſed etiam Æthnici Philoſophi eos cenſuit enim *Ariſtoteles lib.*1. *Polit. cap.*7. præter naturam eſſe, vt pecunia pariat pecuniam,vel fructus ex ea debeantur, *l.neque eorum ff. de vſur.* & vſura turpis quæſtus dicatur,nequiſſima voracitas, prædatio lucratiua, odioſum lucrum,crimen grauiſſimum, rapinæ

9 ſimile, *Salas de vſur. lib.*3. rationem autem quare prohibentur vſuræ illam eſſe dicit *Innoc.in rubr.de vſur.* nè earum dulcedine ágrorum cultura deſeratur, & *Bal in rubr. Cod. de vſur. Cotta in verbo vſuræ*, & 19. rationes poſuit *Marian.Socc.in rubr.de vſur.*

10 *Ad num.*8. quod decreta Sacri Conſilij vim legis obtinent,Adde tu quod idem dixit *Præſes de Franch.dec.*356. *&* 90. *Affl. dec.* 190. *&* 169. *&* 383. *Carau. in Ritu Magnæ Cur. Vicariæ* 190.

11 *Ad num.*9. quod Doctoris authoritas probationem deſiderat, Adde quod Doctoris authoritas nulla ratione, aut lege fulcita nihil operatur, cum Doctori nihil alleganti non credatur, vt dicunt communiter *Doctores in l.illam Cod. de collat.* de quo latè per *Franciſcum Balduin. in præfat. titul. Inſtitut. de authorit. tutor.* quæ Doctori authoritas ex duobus ex ſcientia ſcilicet,ſeu peritia, & doctrinæ excellentia oritur, & ex morũ honeſtate,& animi probitate, vt dicit *Ioan. Paulus Lancell. in illa ſua diſputatione, an & quando attendenda ſit communis opinio in* 2. *reſi.*; & licet reperiatur authoritas Doctoris abſque ſcientia, ſeu

12 peritia alicuius iuris,vt in Papa,quia ex eo ſolo quod eſt Papa, Doctor vtriuſque iuris efficitur, authoritate, non ſcientia, vt dicit *Felyn. in cap. nonnulli de reſcript.* poſt *Bal. in cap.* 1. *de confeſſis*, & poſt eos *Cotta in ſuis memorialibus in verbo Papa* licet ſit Doctor, quia hoc eſt ſpeciale in Papa,quod habeat authoritatem Doctoris ſine ſcientia, ſicut ſpetiale eſt, quod efficiatur Doctor vtriuſq; iuris ob ſolam Pontificatus dignitatem,bene tamen eſt,quod Doctorum authoritas probabilis eſt, non neceſſaria, & ſi enim olim *Imperator Iuſtinianus in §. reſponſa* refert antiquitus fuiſſe conſtitutum, vt eſſent qui iura publicè interpretarẽtur quibus ius reſpondendi datum eſſet à Cæſare,qui Iuriſconſulti appellabantur,quorum omnium ſententiæ,& opiniones iam tenebant authoritatem,vt Iudici non liceret ab eorum reſponſo recedere, hodie tamen illud eſt immutatum, quia ſententiæ Iuriſconſultorum probabilem tantum nõ neceſſariam obtinent authoritatem, ijs tamen exceptis, quæ pandectis inſertæ ſunt ab *Imperatore Iuſtiniano*, has enim vim legum obtinere iuſſit *Idem Imperator* in *l.*1. *§. omnes*

13 *Cod. de vet. iur. enuclean.* in qua lege ego ſcripſi in opere meo ſuper Codice,quod opus quanto citius Deo dante typis dabo.

14 Ad totam hanc deciſionem an deſiſtentibus accuſatoribus poſſit Fiſcus accuſationem proſequi. Adde quod de iure communi, in cauſa vſurarum poteſt Iudex procedere ex officio,quando ille qui ſoluit vſuras iurauit non repetere, vel quando notorium eſt ab aliquo vſuras eſſe extortas, ſed timet propter potentiam aduerſarij illas repetere *Ioan.de Anan.in cap. cùm in Diœceſi, de vſur. &* Doctor. *in cap. ad noſtram de iure iuran.* vt putauit *Socc.in conſil.*219. ad tollendas difficultates, quæ in hoc oriuntur ex diuerſitate opinionum, nàm *Bal. in cap.*1.*§.ſi tres de pac.iur. firman.* dixit, Iudicem in cauſa vſuraria poſſe procedere ad priuatam vtilitatem, ſed *Innocent. in d. cap. ad noſtram* dixit non eſſe procedendum inquirendo,vel extra ordinem, ſed iudicio ordinario, vnde Iudicis officium poſtulari oportet,vt per *Bart. in l.*4.*ff de damno infecto*, & ſequitur *Peguer.in dec.*35. *Marant. in ſua pract. in titulo,& peruenitur per viam Inquiſitionis*; in hoc tamen Regno Neapolitano non poteſt procedi ex officio in crimine vſurarum abſque inſtantia partis, niſi contra vſurarios manifeſtos, vt in *pragmat.vſurariorum* 4.*de vſur.* per quam corrigitur *Conſtitutio Neapolitana incip. vſurariorum*, qua poterat ex officio inquiri,vt dicit ibi *Affl.* & eſt *Rit.* M.C.*V.* 237. per quem fuit etiam correcta dicta *Conſtitutio*, vt dicit ibi *Carau.* correcto etiam alio *ritu* 196. quia *ritus* M.C.*V.* in fauorem vſurariorum loquentes non procedunt in vſurarijs manifeſtis, vt per *Io.Anton.de Nigr.in cap.Regn. incip. nouiter*, & de praxi teſtatur *Baiardus ad Clarum lib.*5.*§.*

15 *vſura*, & ille dicitur vſurarius manifeſtus, qui palàm, & publicè exercet artem fęneratitiam; ita vt facti euidentia excuſari non poſſit, *Bart. in l. fur eſt manifeſtus ff.de furt.* & alijs modis declarat *Couarr.in lib.var.reſolut.cap.*3. vbi inter alios modos dicit, quod vſurarius manifeſtus eſt ille qui tamquam vſurarius à Iudice condemnatur, & declarat modos omnes *Menoch. in caſu* 225. *de arb. Iud. & Iul. Clar. in §. vſura. Maſcard. de probat. concluſ.*1418. *Nauarr. in ſumma cap.*17. *Card. Tuſchus in verbo vſurarius*, & de iure communi dicimus etiam

quod

Digitized by Google

quod accusatore desistente ante sententiam, vel post appellatione pendente non posset procedi ex officio ad vlteriora, vt tenuit *Andr. in constit. vsurariorum* per *tex. in l. cum natu maior §. accusare ff. de bon. libert.* nisi fuisset recessum per fraudem, & collusionem ab accusatione *l. 2. Cod. de abolit. Petr. Foller. in fragmen.* 16 *de vsur.* Sed in hoc Regno Neapolitano per *Ritum Magnæ Cur. Vicar.* 21. cautum fuit accusatore desistente in quacumque parte Iudicij, instante Fisco proceditur ad vlteriora iuxta dispositionem illius *Ritus* vt per *Carau. ibidem*, qui meminit de hac decisione, & posuit formalia verba decreti lati sub die 23. Septembris 1533. tenoris sequentis, videlicet *Neapoli in causa appellationis Stephani Sparani pictoris accusati de crimine vsurariæ prauitatis cum Regio Fisco, decreto ipsius Sacri Regij Consilij prouisum est, ex quo accusator de vsuraria prauitate proposuit accusationem suam, tunc fiscus possit etiam prosequi dictam accusationem ordinariè, accusatore instante, vel desistente in quacumque parte iudicij, tam ante litem contestatam quàm post hoc suum, &c.* & de hac decisione meminit etiam *Consil. Rouit. in pragmat. 1. de vsurarijs*, & *Borrell.* nunc Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ in *consil. 12.* & *Ricc. in collectan. 245.* & *Nouar. in pragm. 10. de vsurar.* omnes modernissimi nunc viuentes, & antè prædictos *Muscatell. in titulo de priuileg. & pœnis vsuræ de cognit. delictor. in genere.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Actor qui debet exhibere aliquam scripturam an excusetur dicens illam non habere, & quid de notario qui dicit rogitum amisisse num. 8. Et de laceratione instrumenti num. 9.*
2 *Petrus Follerius laudatur.*
3 *Actor quibus in casibus non tenetur reo edere scripturas.*
4 *Originali retento an sufficiat copiam præsentare. Nicolaus Antonius Gizzarellus laudatur numero seq.*
5 *Protocollum an teneatur præsentare qui præsentauit instrumentum stante suspitione, & de materia suspitionis instrumenti, num. 7.*
6 *Instrumento præsentato, an sit adhibenda fides petita exhibitione protocolli.*
7 *Protocollum quomodo exhibeatur, & probet Ioannes Antonius Lanarius laudatur ibidem.*

DECISIO XXXX.

1 IS qui debet exhibere aliquam scripturam, quod excusetur si illam non exhibeat, quia non habet in promptu procedetur in causa, & quod illud quod dicitur, quod non habet in promptu, seu de facili, quod de hoc stetur iuramento dicentis se non habere, ex doctrina *Innocentij*, quam dicunt omnes esse cõmunem, vt dicit *Minadous num. 1. & 2.* Adde quod 2 sequitur in additionibus ad *Pract. Marant. par. 6. actu. 10. Petrus Foller.* eximij ingenij vir, & Iurisconsultus excellentissimus, vt vocat *Vrsill. in dec. Affl. 139.* ex *Rotæ decis. & Bal.* doctrin. hic per *Minadoum* allegat; & addit *Felyn. in cap. ex epistolæ*, Et ego addo *Alex. consil. 3. lib. 2. & Capyc. dec. 40.* non tamen teneretur edere scripturas de quibus reus de per se poterit esse instructus, vtputa si ipsemet haberet scripturas in suo posse. *l. si legatum ff. de edendo, vbi Bal.* sicut nec teneretur edere scripturas actor quando dixerit, prout continetur in libro talis mercatoris, quia non tenetur edere scripturas apud eum non existentes, *leg.* 4 *marius, & l. Aristo ff. ad l. falcid.* est tamen bene verum, quod semper quod actor tenetur ad exhibendum scripturas, vel instrumentum, sufficit ei copiam authenticam si præsentauerit, penes se originali retento, *Idem Foller. loco citato* ex multis, quos ibi allegat.

5 Non tamen teneretur producens instrumentum, producere prothocollum, sed Iudex debet cogere notarium ad producendum prothocollum ad partis instantiam, quando Iudex habet aliquam suspictionem de instrumento, vt fuit Neapoli decisum in Sacro Cõsilio *Præses de Franch. dec. 194.* qui dicit multoties hoc fecisse ex officio Præsidens ille oculatissimus, licet tempore olim *Regij Consil. Capycij*, vt dicit ipse in *dec. 40.* in eodem Sacro Consilio fuerit iudicatum secundum opinionem *Bart. in l. final.* per illum *text. Cod. de fide Instrum.* quod tenetur actor exhibere prothocollum, quia reus intendebat illud instrumentum de falso redarguere, de quo vide, quæ dixi ego in *d. dec. Capyc. 40.* & idem iudicauerat etiam Senatus Pedemontanus, vt per *Cacher. dec. 26.* & *Bartol.* loqui existente protocollo penes actorem, qui produxit instrumentum, & secundum hãc decisionem *Præsid. de Franch.* fuit etiam postmodum decisum in eodem Sacro Consilio Neap. in anno 1599. referente illiusmet Consilij olim doctissimo *Consil. Nicolao Antonio Gizzarello* inter Vniuersitatem Gifoni, & Vniuersitatem Montis Corbini, vt eum vocat *Visconti. ad dictam decis. Præsid. 194. Molfes. in proem. ad Consuet. Neapol. quæst. 20. Battagl. ad Cynum in l. cum quidam Cod. de fide instrument. Regens Tapia Marchio Belmontis in constitut. instrumentorum robur, Regens de Ponte Marchio Murconi in consil. 30. vol. 1.*

6 Instrumento tamen præsentato non est fides adhibenda petita exibitione protocolli, dicit decisum Neapoli *Grammat. in pragmat. 3. de notar. in nouis, & in antiquis in pragmat. 26. de instrum. infra octo dies, &c. incip. constitutionem*, & ab hoc decreto, vel præcepto de exibendo protocollum, & scripturas non appellatur *Bar. in l. final. §. iussus ff. de appellat.* nisi vltra præceptum de exibendo fuerit etiam lata sententia super interesse propter iuramentum in litem, vt in *d. §. iussus*, quia non appellatur propter præceptum de exibendo, sed propter iusiurandum spreto mandato, & facta condemna-

Digitized by Google

demnatione ad intereſſe, vt per *Aret. in d.§. iuſſus*, ſicut etiam appellatio permittitur quando illa ſcripturarum exhibitio trahit ſecum rem ipſam actio in reſtitut. vt per *Speculat. in §. in quibus in titulo de appellat.* vel quando quis rem poſſidere dolo deſijt quæ potuit exhiberi, nam ſanè poterit appellari, quia periculo iuramenti in litem ſubiacet, vel intereſſe, vt per *eundem Speculat.* & pro exhibitione ſcripturarum poſſe deferri iuramentum in litem *Bellam. dec. 27.* eſt *text. in l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutor.* ex. *l. inſtrument. ff. de in lit. iuran.* & nouiſſimè ita fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali, vt per *Ricc. dec. 295. in 4. part.* poſt hæc mea ſcripta impreſſa, & viſa, & praxim exhibitionis protocolli contra notarium poſuit *Ozaſch. dec. 16.* & ſi non reperiatur inſtrumentum in protocollo, quomodo probetur; vide *Boer. dec. 35.* ſi tamen ſcriptura reperiatur in filſa notariorum, an fidem faciat: vide *Maſcar. de probat. concluſ. 1243. Alex. conſil. 153. volum. 2. Borgnin Caualc. in repert. deciſ. in verbo notarius quis præſumitur Purpur. conſil. 581. & 583.*

7 Et quomodo protocollum ſit exhibendum vide *Anton. Fabrum in diffin. 7. & Carpan. in ſtatut. Mediolan. cap. 35.* & Protocollum, Notæ, Matrix, Rogatio, Inbreuiatura quod idem ſignificent, & ſint ſynonima, & notam, imbreuiaturam, & originale eſſe *Idem Alex. conſil. 14. vol. 6. Hoſtienſis in ſumma titulo de fide inſtrumentorum, Bald. in rubr. Cod. eodem titulo*, & alij quos refert *Ranchinus ad Guid. Pap. dec. 2.* vndè dicimus protocollum, & breuiaturam eſſe ſcripturam rei ſubſtantiam continentem cũ temporis, & loci, & teſtium debita inſertione, & eſt ſcriptura primaria, & dicitur inſtrumentum notarij non extenſum, & ab illa tamquam à matrice ſunt originaria inſtrumenta ſumenda partibus aſſignanda, vel dicitur originale protocollum ex quo liber magiſtraliter formatur *Bellonus in deciſ. Genuæ 173. Grammat. in conſil. ciuili 66. Dec. conſil 447. Cæſar Barz. in deciſ. Bonon. 39. Ozaſch. in deciſ. Pedemontana 16. Vrſill. ad dec. Affl. 14.*

Et quia protocollo magis ſtandum eſt quam inſtrumento *Guid. Pap. dec. 19.* ideo dum de inſtrumenti falſitate dubitatur ſemper ad matricem, & originale eſt recurrendum *Maynar. in dec. Tholoſ. 94. lib. 6. Franc. Marc. in dec. 700. vol. 1.* poſt *Bart. in l Sempronius de leg. 2.* & licet dicatur protocollum non probare teſtamentum *Affl. dec. 14.* qui etiam in *dec. 48.* dicit facere ſemiplenam probationem, ſed mortuo notario dicit facere ſemiplenam fidem, & in *conſtit. Bainlos* dicit protocollum nullam fidem facere, quod dixit *Bal.* intelligi debere *in l. contractus Cod. de fide inſtrumẽn.* vt tunc fidem non faciat protocollum, quando non eſt ſcriptum, vel ſubſcriptum manu notarij *Ranchinus ad dec. Guid. Pap. 19. Dec. conſil 447.* & illud quod dixit *Gratianus in dec. Marchiæ 167. & Caualcan. dec. 45. & Roman. conſil. 124.* non probare inſtrumentum, quod in protocollo non reperitur, intelligitur ſecus eſſe ſi fuerit inſtrumentum in publicam formam leuatum *Anton. Sola ſuper decretis Sabaudiæ titulo de tabell. in decreto falſit.*

Et quod volens redarguere inſtrumentum de falſo, quod non teneatur declarare partem inſtrumenti in qua eſt falſitas dixit *Capyc. deciſ. 5.* & ante eum *Bal. in d. l. final. Cod. de fide inſtrumentor.* & an inſtrumentum productum per producentẽ in aliqua ſui parte poſſit redargui de falſo, vide *Guid. Pap. dec 50.*

Et quod inſtrumentum repertum falſum præſumatur per producentem fabricatũ dixit *Boſſius in titulo de indit.* & eſt *deciſio Auenionenſis Laurent. 50* & dicit *Ioan. Antonius Lanarius conſil. 92* quem *Regentem Lanarium* virum eminentiſsimum, & celeberrimum Iuriſconſultum vocauit *Regens de Ponte in tractat. de poteſtat. Proreg. in tit de elect. Official. §. 1.* & pro euitanda pœna falſi vide *Surdum dec. 282.*

Et quibus modis inſtrumentum redarguatur de falſo vide *Burſat. conſil. 322. vol. 3. Scaglion. ſuper Rit. M. C. V. 163.*

8 Non tamen iuramento notarij creditur ſi dicat, & confiteatur ſe ſtipulatum fuiſſe inſtrumentum, ſed rogitum perdidiſſe, ſeù rogitus inſtrumentum *Felyn. in cap. ſicut de re iudicat. Io. Andreas in addit. ad Speculat. in titulo de inſtrument. edit. in §. inſtrumentum. Feder. de Sen. conſil. 113. Marſil. in rubr. de probat. Alex. in l. ſi quis ex argentarijs §. prætor ait, ff. de edendo*, quia ad notarium ſpectat cuſtodia, ideo debet tunc probari amiſſio, aliter quam per ſuum iuramentum *Grat. conſ. 13. volum. 1. Socc. Senior in conſil. 159. vol. 2.* illud enim, quod hic dictum fuit in initio, vt ſtetur iuramento dicentis inſtrumentum non habere, vt in caſu huius deciſionis, non habet locum, niſi concurrant coniecturæ volentis iurare habentis præſumptionem pro ſe de amiſsione *Affl. dec. 330.* ſecus ſi allegetur amiſsio à notario, qui tenetur cuſtodire diligenter *Alban. conſil. 101.* publicatio tamen inſtrumenti probabitur per iuramentum notarij, ſi negetur à partibus *Salyc. in l. ſi quis decurio Cod. de falſ. Alciatus in tractat. de præſumpt.* immò illud, quod dixi, amiſſionẽ inſtrumenti per iuramentum partis probari, eſt intelligendum, quando quis Iudicis officio tenetur ad inſtrumentum exhibendum, quia in alijs caſibus per legitimas probationes inſtrumẽti amiſsio probari debet, ſicut cuiuslibet alterius rei, *Marſil. de probat. in rubr.* & eſt *text. in l. ſi quis ex argentarijs §. pœn. vbi Bart. ff. de edendo, Cynus in d. leg. vltima Cod. de fide inſtrument.* vt declarat *Alex. in l. huiuſmodi §. ſi ita ff. de legat. 1.*

9 Et dicam etiam pro coronide, quod non ſolum amiſsio inſtrumenti per iuramentum partis probatur, ſed etiam ſubtractio, & laceratio *Speculat. in titulo de teſte §. ſatis vtiliter Roman. ſingular. 381. Hyppol. de Marſilijs in d. rubr. de probat.* immò dicit *Bald. in l. 1. Cod. de fide inſtrument.* quod lacerato inſtrumento ſtetur iuramento aduerſarij de contentis in eo *Dec. conſil. 521.* eſt *text. in l. ſi de poſſeſſione Cod. de probat.*

Et

Digitized by Google

Et de pœna lacerantis instrumentum coram Iudice productum, dixit *Bald.* idem *loco citato*, quod sit pœna extra ordinem si per superbiam, & ex animi indignatione, & non ex proposito illud lacerauit *Ioan. Andreas in cap. accepimus de fide instrumentor.*

Amissi, & perditi instrumenti tenor per testes probari debet, qui debent deponere, quod in tali instrumento, quod est deperditum continebatur, Petrum vendidisse Iacobo tale prædium, vel quod mutuauit censum, vel quid simile, & quod ita in dicto instrumento ipsi legerunt, & debent dicere affirmatiuè testes esse amissum instrumentum, quia non sufficit si dicant se credere quod sit amissum instrumentum *Affl. dec. 274. & 14. l. testium Cod. de testibus, vbi Bald. & Ang. Vincent. Maxilla ad consuet. Bari. in §. licet vnæ vocis in titulo de testibus:* immò quod testes probantes perditi instrumenti tenorem debeant esse viri boni, idonei, & valdè periti, defectus cognoscentes, & literas Notarij *Bart. in l. sicut iniquum Cod. de fide instrument. Dec. in cap. qui contra de probat. Lanfranc. de Oriano in praxi de instrument. product. cap. 9. Affl. dec. 302. & 274. Felyn. in d. cap. sicut, & Doctores in l. emancipatione Cod. de fide instrumentor. Vinius dec. 165.* hinc cautos esse illos, qui volunt per testes probare tenorem amissi instrumenti dixit *Hyppol. de Marsil. in d. rubr. de probat.* & requiritur etiam quod testes dicant scripturam factam fuisse in tali loco, tali anno, & mense, & die, & *Surdus consil. 144.* & alij quos allegat *Molfes. in part. 7. quæst. 15. in Addit. ad Consuet. Neapolitanas*, & de omnibus substantialibus in illa scriptura requisitis, & de authoritate instrumenti, quod sine aliquo vitio falsitatis fuerit, *Vinius in libro commun. opin. in 882. opin. Foller. in pract. censual. in verbo tenoris, & continentiæ, Afflict. dec. 274. vbi Vrsill. Sebast. Medices de casibus fortuitis part. 6. quæst. 12. & idem Affl. dec. 302.* an autem hæ probationes locum haberent in probatione Iurispatronatus vide *Ricc. in Collect. 1589.*

Ego Flaminius Monacus in vtroque iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum fuisse ex quibus testibus probari debet.*
2 *Voluntas testatoris per quot testes probetur cum num. sequ. vsque ad num. 5.*
3 *Testamenti amissio quomodo probetur. Declaratio voluntatis testatoris quomodo probetur ibidem.*
4 *Testamenti reuocatio coram quot testibus fieri debet.*
5 *Hæredis institutio sine scriptura, an possit per testes probari.*

DECISIO XXXXI.

1 QVod sollemnitas voluntatis, & non sollẽnitas probationis debeat probari per totidẽ testes per quot ipsum testamentum probatur, vt dicit *Minadous hic num. 3.* Adde tu *Cranett. in consil. 65.* dicentem testamentum fuisse falsum duobus testibus probari, licet cum tractatur de probando testamentum sollemniter factum fuisse, vel de probando voluntatem testatoris, septem testes requirantur *leg. final. Cod. de fideicom. leg. 2. Cod. de bonor. possess. secundum tabulas* vbi *Bart.* & vide *Afflict. dec. 4.* vide *Cassane. in Consuet. Burgundiæ titulo des succession. rubr. 7. §. 4. glos. fin. & Affl. dec. 166.* vbi dicit inter cætera, quod testes debent esse in testamento præsentes, & quod rogati dixit *Grammat. dec. 106.* & rogitum non præsumi, nisi in testamento de eo appareat, dicit *idem Grammat. dec. 62. Bart. in l. 7. §. quid ff. ex quib. caus. in possess. eat. Mantica. de coniectur. vlt. vol. lib. 2. titulo 10. & 11.* & rogitum probari debere dixit *Ludou. decis. Lucens. 53.* vbi quod debet articulari, & probari, & quod debet rogitus testatore præsente fieri, est benè verum quod rogitus testium testamenti satis est quod à notario fiat, sed à testatore notarij rogitus fieri debet secundum *Cranet. consil. 107.* & an testamentum sit nullum, si non sunt rogati testes, & an à testatore rogari debeant vide *Boer. dec. 34. & dec. 15.* & an debeat esse rogatus, & quando præsumatur rogatus dicit *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 11. & 12. & Afflict. dec. 166.* vnde si quæritur, an testes testamentarij sint rogati, prout pro forma testamenti requiritur, sufficit per duos testes probari, vt per *Bald. Castrens. & Alex. in d. l. 2. Alber. Brunum in tractat. de forma, & in art. 1. de probat. & præl. fori*, debent etiam testes videre testatorem, ipsumque loquentem audire, *Matthesil. singul. 224. Clar. in*
2 *§. testamentum quæst. 59. Dec. cons. 454.* quando enim esset quæstio de sollemnitate, & voluntate, tunc non probat testamentum, ex quo testatoris voluntas in testamento debet per septem testes probari, & hoc quando negatur testamentum fuisse factum, quando verò non negatur fuisse factum testamentum, sed dubitatur si fuit factum sollemniter, tunc potest probari duobus, vel tribus testibus, vt declarat *Vrsill. in dec. Affl. 166.* licet aliter dixerit *Luc. de Pen. in l. quicunique Cod. de Proxim. Sacr. Scrin. lib. 12.* & idem dicit *Vrsill. in dec. 25. & Affl. dec. 14. ex Bald. in l. 2. Cod. de bonor. possess. secundum tabulas*, & licet ad probandum voluntatem defuncti septem testes requirantur, fallit
3 tamen hoc quando scriptura testamenti incendio deperdita esset, naufragio, vel ruina, quia potest tunc per duos testes probari secundum *Bal. in l. testium in fine Cod. de testibus*, quando sunt duo testes ex illis, qui in testamento fuerunt præsentes, vt dicit *ibi Baldus.*

Secundo fallit, quando testator voluit legatũ factum Titio ab hærede dari, & hærede negante admittitur per duos testes probatio, vt per *Iason. in l. 2. Cod. de bonor. possess.* Et tertio quando dubitatur quo iure fuit legatum filiæ factum, vt dicit *Mantua singul. 63.* & primam, & secundam fallentiam sequitur *Affl. dec. 166.*

Et

Digitized by Google

Et quando teſtamentum ſit deperditum; poteſt probari per duos teſtes dicit *Hyppol. ſingul.* 156. *& Petr. de Rauenna ſingul.* 750. vndè amiſſione teſtamenti probata, valebit etiam per duos teſtes de contentis in teſtamento facta probatio ad *text. in l. teſtium in fine Cod. de teſtibus* cum *gloſ.* & dicunt in terminis *Trigon. ſingul.* 85. *& Petrus de Rauenna, & Hyppol. loc. citat.* & ſic probatur tenor teſtamenti, & amiſſio, & teſtamentum fuiſſe factum per duos teſtes, licet ad probandum teſtatoris voluntatem ſeptem teſtes requirantur, vt dixi in initio ex *Bart. Caſſan. Crauett.* tot enim teſtes requiruntur in forma probanda, quando agitur de voluntate probanda, quot in actu faciendo exiguntur, vt ſeptem teſtes in teſtamento, & quinque in Codicillis ſecundum communem, & magis veram opinionem *Doctor. in l. final. C. de fideicomm. & in leg. errore Cod. de teſtament.* & licet ad probandum voluntatem teſtatoris totidem teſtes requirantur, quot fuerunt in teſtamento, aduerte quod ſecus eſt quoad declarationem voluntatis teſtatoris, quia tunc ſufficiunt duo teſtes *l. 2. Cod. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. gloſ. & Doctor. in l. quamuis Cod de impuber. & alijs ſubſtitut. & in l. hæredes palam §. ſi quid poſt ff. de teſtam. Oldrad. conſ.* 287 *Corneus* optimè *conſil.* 18. *vol.* 2. *Anania conſil.* 84. *Surdus conſil.* 356. *lib.* 3. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 36. *Card. Albanus ad Bart. in d. §. ſi quid*, & hæc declaratio voluntatis teſtatoris conſiſtit circa explicationem ambiguorum verborum actus à iure validi, quia declaratio non dicitur vbi actus alioquin inualidus à iure fieret validus *Dec. in l. quamuis Cod. de impuber. & alijs ſubſtitut. Bart. & Bal. & Caſtrenſ. in d. l. hæredes palàm §. ſi quid poſt, & Anchar. conſil.* 127. quando enim declaratio dat ſpiritum diſpoſitioni nullæ, non eſt tunc propriè declaratio, ſed mutatio ſubſtantiæ, vel additio, vndè tunc in dicta declaratione probanda eadem ſollemnitas requiritur, quæ in diſpoſitione principali, ſecus autem ſi declaratio illa diſpoſitionem non viuificaret, ſed ſolum impedimentum tolleret, quo mediante inualida reddi poſſit, nam declaratio illa, quæ viuificat diſpoſitionem, dicitur ſubſtantialis, vt per *Dec. in d. l. quamuis*, & ſic de ea eſt iudicandum ſicut de principali diſpoſitione *Anan. conſil.* 80. nam natura declarationis eſt non conualidare illud, quod eſt nullum, ſed illud, quod eſt inutile defectu probationis, *idem Anania dicto conſil.* 80. & quod mutatio vnius diſpoſitionis in aliam, noua ſit diſpoſitio *Anton. Faber. in Rationa. ad Pandect. ſuper l. quia Arbiter ff. de recept. Arbitr.* quia declaratio non dicitur, vbi de noua voluntate in totum inducenda agitur, *Menoch. in d. præſumpt.* 36. *& Surdus conſil.* 356. qui enim mutat, declarare non dicitur *Æmil. Ferret. in l. edita C. de edendo*, & quod eadem ſollemnitas requiritur in probãda declaratione, ſine qua ſimpliciter ipſo iure nulla, & inualida redderetur diſpoſitio, ſicut requiritur in ipſius diſpoſitionis principalis probatione *Bellamera dec.* 745. hinc dixit *Bart. in d. §. ſi quid poſt*, declarationem non dici, ſed nouam diſpoſitionem quandò confirmatur, & validatur diſpoſitio à iure prorſus inualida, quem ibidem communiter *Doctor.* ſequuntur: ſecus autem ſi ageretur in diſpoſitione, quæ alias non eſſet ipſo iure nulla, ſed de quantitate ageretur, vel de qualitate declaranda, vt dicit *Card. Tuſchus in ver. declaratio concluſ.* 94. *tom.* 2. nàm declaratio non dicitur perimens, & annullans *Celſ. Hugo conſil.* 120. & idem
4 in reuocatione teſtamenti quæ per ſeptem teſtes reuocari debet, *Bart. in l. in fraudem §. ſicut ff. de milit. teſtament.*

5 Ad totam hanc deciſionem adde hæredis inſtitutionem ſine ſcriptura per teſtes probari poſſe: dicit *Gomez Leo dec.* 13. *in deciſ. diuerſor. tom.* 2. & quod in probanda teſtamenti ſubſtantia, vt eſt, hæc hæredis inſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti, vt eſſe non poſſit teſtamentum ſine hæredis inſtitutione, vt *ff de his quæ in teſtam. delentur leg. proximè*, non poteſt probari quin probata dicatur voluntas teſtatoris *Barbat conſil.* 29. *vol.* 1. *Doctor. in d. l. errore*, & maximè *Iaſon* ideò non mirum ſi probari debet per totidem teſtes per quot ipſa teſtatoris voluntas probari debet, nam ſolemnitas voluntatis hoc requirit, vt dixi.

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Princeps de plenitudine poteſtatis an poſſit tollere rem alteri iure quæſitam, & num. ſequentib.*
2 *Princeps an poſſit reſcribere contra ius naturale, gentium, & ciuile.*
3 *Cauſa iuſta an ſemper præſumatur in Principe.*
4 *Plenitudo poteſtatis in Principe quid ſit.*
5 *Perpetuum ſilentium an imponendum ſit illi, qui venit ad impugnandum, quod facit Princeps ex plenitudine poteſtatis.* (lit.
6 *Princeps an teneatur obſeruare leges, quas ipſe tu-*
7 *Princeps an obligetur ex contractu, vt non poſſit contrauenire.*

DECISIO XLII.

1 PRinceps, quod poſſit de plenitudine poteſtatis tollere rem alterius illi quæſitã etiam per modum iuris naturalis, ſeu gentium, vt dicit hic *Minadous* in initio in prima ſua cõcluſione. Adde quod licet Princeps de poteſtate ordinaria non poſſit tollere ius dominij, *l.* 1. cum *Gloſ. Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Achill. Pedroch. conſil.* 1. *vol.* 1. *Menoch. de arbitrar. quæſt.* 45. *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.* 45. *Capyc. dec.* 69. vbi ego ſcripſi, debent enim Principes à iuſtitia poli, & fori regulari, & quod iuſtum eſt, & verum placere debet, *Andr. Gail lib.* 1. *obſeruat. practicar. obſeru.* 14. de plenitudine tamen poteſtatis, & pro bono publico, & iuſta cauſa poteſt ius alteri quæſitum auferre, *l. Lucius ff. de euict. & l. item ſi verberatum §.* 2. *ff. de rei vendic.* & hæc eſt cõcluſio indubitabilis, vt dixit *Ang. in l.* 3. *§. ſi is*

pro

Digitized by Google

pro quo ff. quod quisque iur. & hanc vocat communem *Gui. Pap. consil. 65. & Curt. Senior cons. 49. Capyc. dec. 166.* vbi ego scripsi, *Anguissol. in cons. 3. lib. 7. Affl. in dec. 361.* Hinc dixit *Grammat. in decis. 65.* posse Principem ius alterius tollere, si contra ius naturale, vel gentium non facit, sed contra ius ciuile solum, *Mohedan. dec. 43. Pernus consil. 6.* non enim præsumitur Principem cõtra ius naturale, vel gentium faciens, ex iusta causa facere, *idem Capyc. dicta dec. 166.* & idem *Gail lib. 2. obseru. in 58. obser. & Mising. cent. 4. obser. 8.* nisi faceret motu proprio, quo casu præsumetur iusta causa, quia tunc nihil deseruit potestatis plenitudo, nam dicitur tempestatis plenitudo, ita disponendo *Romanus in consil. 436.* per *textum in l. 1. Cod. de petit. bon. subl. lib. 10. & in l. si verò §. de viro ff. soluto matrimonio, Decius consil. 556. Curtius Iunior consilio 170. Socc. consil. 266.* Et de hac clausula motu proprio, & eius effectu vide *Regentem de Ponte in consil. 132. volum. 2.* vbi etiam quod clausula ex certa scientia, & motus proprij æquiparantur, & vide etiam *Præsidem de Franchis dec. 192. & dec. Rotæ Romanæ 175. par. 3. in nouiss. Ant. Fabr. in dec. 64. Cod. de sacrosan Eccl. Bellam. dec. 392. & eundem Fabr. in alia sua dec. 1. Cod. de diuers. rescript. Iaffred. dec. 21. Mising. obseruat. 4. cent. 3. decis. Rotæ 71. de rescript. in antiq. & Annam in consil. 44. & 68.* & de clausula ex certa scientia vide *Annam consil. 44. & 66.* quia æquiparantur clausulæ istæ motus proprij, & ex certa scientia, & propterea dicunt *Doctores* communiter *in l. si testamentum Cod. de testam.* quod Princeps etiam de plenitudine potestatis nõ potest tollere ius mihi quæsitum absque legitima causa, & dicitur causa legitima causa publica, non autem priuata, *Peregrin. in suo tract. de iure fisci lib. 5. tit. 2. Oldr. consil. 224.* Hinc dixit *Bal. in l. rescripta Cod. de precib. Imp. offer.* posse Principem 2 rescribere contra ius gentium ex aliqua causa, & sufficit pro causa quælibet ratio motiua ipsius Principis, qui sine causa potest rescribere contra ius ciuile, vt distinguit *Peguer. in dec. 39. Oldrad. consil. 224. Crauet. de antiq. tempor. par. 1.* quia potest Princeps tollere dominium acquisitum de iure ciuili, secũdum communem opinionem, vt per *Ias. ibidem, & in l. Gallus §. et quid si tantũ ff. de lib. & posthum.* vbi *Bal. Salyc. et Alex.* 3 & licet præsumatur causa in Principe, licet non appareat, & dixit idem hic noster *Minadous in cons. in aliquibus, Capyc. in d. dec. 166.* est enim voluntas causa in Principe, *Grammat. decis. 46. Affl. dec. 4.* vnde semper præsumitur iusta causa fecisse Principem alteri ius tollendo, si possit aliqua causa imaginari: secus si nulla, *Boer. dec. 42. Gramm. dec. 46.* quia hac plenitudine potestatis nõ debet vti Princeps, nisi ex magna causa, *Innoc. & Abb. in c. innotescunt de elect.* quia nullum esset priuilegium, non obstante clausula præfata, quæ debet intelligi claue discretionis præcedente, *Iason cons. 233. vol. 2. glo. in cap. quanto de iureiur. & in c. non est de voto.* Et illud, quod dicitur causam in Principe præsumi, intellexerunt procedere *Crauetta in cons. 5. par. 1. & Iason in l. si testamentum Cod. de testam.* in his, quæ sunt iuris positiui, vel quando rescribit Princeps præter ius, vel ea, quæ sunt iuris ciuilis, secus si sunt de iure gentium, vel iuris naturalis, *Glos. in l. relegati,* vbi *Bart. & Bal. ff. de pœn. Luc. de Penna in l. fin. Cod. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Capyc. in dicta dec. 166.* quia tunc dicunt *Doctores allegati,* quod causa erit probanda, nec etiam controuertendum illud, quod dixi, iustã causam in Principe præsumi, quando fuit expressa causa, & est iniusta, *Socc. cons. 266. Decius consil. 566.* nam si dispositio non valet etiam de plenitudine potestatis absque iusta causa, ergo paria sunt causam non adesse, vel iniustam, & nullam, *l. non putauit §. quæuis ff. de contrah. empt. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. Fulgos. cons. 68.* & sequitur *Regens de Ponte in consil. 4. vol. 1.* immò dicit *Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 6.* quod hæc iusta causa non præsumitur, secundũ communem opinionem relatam per eumdem: intelligetur tamen illud, quod dixi, vt licet Princeps possit ex causa rem vni auferre, & dare alteri, quia debet pretium soluere ei, quem lædit, vt per *Bart. & Angel. in d. l. si verberatum §. 1. ff. de rei vendic. Paul. de Castro in l. 1. Cod. si contra ius, vel vtil. publicam,* & *ibi Ias.* etiam si causa, propter quam res auertur esset iustissima, *Boer. consil. 22. Cabed. decis. 18. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 3.* & hanc dicit communem opinionem *Riminald. Iunior cons. 45.* quia aliàs dicit *Bal. in l. si cui C. de seruit.* rem alienam sine solutione pretij auferre, esset diabolica potestas, & sequitur *Andr. & Affl. in c. 1. §. similiter de Cap. qui cur. vend.* & quod pretium hoc debeat solui antequam res auferatur, vel quando auferatur, *d. l. item si verberatum §. 1. Crauet. cons. 276. And. & Affl. locis citat. Loffred. in sua paraphra. in tit. de Cap. qui curiam vend. Anna alleg. 69. Afflict. dec. 84.*

4 *Ad nu. 2.* quod plenitudo potestatis est illa, cuius causa dicitur in Principe, non esse rationem exquirendam, Cur ita facis. Adde *Regentem de Ponte cons. 131. volum. 2. & Alber. Brun. in cons. 1.* qui dicit duplicem in Principe esse potestatem, vnam scilicet ordinatam, & alteram inordinatam, & absolutam, secundum quam Princeps est supra leges, quæ plenitudo potestatis appellatur, qua Princeps vtitur, & ex ea iura tollit, & quod ei melius videtur facit, *Peregr. de fideicomm. art. 52. Dec. consil. 270. & 390.* & non est de alio quærendum: plenitudo enim potestatis est arbitrij, nullæ necessitati subiecti, ac nullis regulis limitata, *Portius consil. 107. & consil 99. Capyc. in dec. 47.* vbi ego scripsi, qui dicit etiam hanc plenitudinem potestatis posse solum Principem exercere, non autem Consistorium Principis.

5 *Ad num. 3.* quod debet imponi perpetuum silentium ei, qui venit ad impugnandum illud, quod ex certa scientia, & de potestatis plenitudine Princeps facit. Adde *Iason. in l. rescripta Cod. de prec. Imp. offer.* dicentem casu isto imponendum perpetuum silentium, quia nõ potest dici, Cur ita facis? & *Alber. Brun. d. cons. 1.* & nulli licet de eius potestate disputare, immò pœna sacrilegij imposita est contra disputan-

tem

Digitized by Google

tem de Principis potestate, *l.2. Cod. de crim. sacrilegij, Regens de Ponte in cons. 152. vol. 2. Gerard. Mazzol. in cons. 36. Hieron. Laurent. in dec. Auenion. 133. Thesaur. dec. 91.*

5 *Ad nu. 6.* quod sicut Princeps est solutus legibus, ità obligatione naturali ligatur, vt ad iustitiam reddendam, & audiendam cogatur ex debito officij. Adde *tex. in l. cùm multa Cod. de bon. quæ lib. & in l. ex imperfecto Cod. de testamen. & in l. digna vox C. de legib.* in quibus probatur Principem, licet legibus solutum, attamen teneri ad eorum obseruationem, Rex enim plurimum roboris legi suæ addit, quando nedum verbis, & iussu, sed factis ipsis legem approbat, *Stephan. Forcatul. in cap. 8. in fine de iust. & iure*, quia legibus diuersimodè tenetur subditus, quàm Legislator; primus enim coactionis necessitate tenetur, Legislator verò sola boni communis promotionis voluntate, secundum *glos. in l. Princeps ff. de legibus*, & hanc dicit communem opinionem *Vasq. disput. 167. cap. 3.* nam etsi Princeps legibus solutus dicatur, tamen secundum leges viuere de honestate tenetur, intelligendo de potestate ordinaria, vt per *Bald. & alios in d. l. digna vox*, quia in dubio, alio non apparente, præsumitur Principem solùm ordinaria potestate vti velle, & communibus iuribus, & consuetudinibus in loco vigentibus, *Paul. de Castro in l. ex imperfecto Cod. de testam.* Hinc Reges Ægyptios, veluti priuatos, legibus teneri existimantes, se beatos fore legibus parendo, *Diodor. Sicul. lib. 2. Borrell. de præstant. Regis Catholici, c. 31.*

7 *Ad nu. 8.* quod Princeps ex contractu obligetur vt non possit contrauenire, Adde quod Princeps tenetur contractum suum seruare, *l. final. Cod. de diuers. præd. lib. 11. l. quicumque Cod. de fide instrument. lib. 10. Curt. Iunior cons. 61. Alex. cons. 101. vol. 1. & 190. vol. 2.* Princeps enim in materia contractus celebrati cum subdito habetur pro priuato, *c. 1. de probat. l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure*, & dicit *Glos.* communiter approbata in *Clement. 1. in fine de causa possess. & propr.* & nullus esset contractus cum Principe, si substantia ab ipsius solius voluntate pẽderet, & reuocatio, & si pacto suo non ligaretur, & conuentione Princeps, nemo cum Principe contraheret, *Bal. in l. Princeps ff. de legibus, & in cons. 227 vol. 1.* & hanc dicit communem opinionem *Cardinal. Parisius* Consentinus compatritius meus *in cons. 82. vol. 1.* & sequuntur *Borrellus ad Bellugam in rubr. 1. in verbo natura contractus, Affl. in const. ea quæ ad decus, Dec. cons. 282.* immò *Cæphal.* hoc ampliat etiam de plenitudine potestatis in *cons. 549. vol. 4. & Ias. in cons. 10. vol. 1.* dicit quod licet Deus subiecerit leges potestati Principis, non tamen vincula contractuum, quæ consistunt ratione naturali, & sunt iurisgentium, & idem dicit in scholijs, *l. 2. §. rarissimè ff. de origine iuris in verbo ratam*, & hanc dicit communem opinionem *Brunus cons. 117.* dicens, quod nec etiam ex causa necessitatis publicę post contractum superueniẽte potest Princeps lædere iura contractus, & licet dicatur posse Principem priuilegia sine causa reuocare, licet alteri ex eis sit ius quæsitum *Glos. in c. decet de regul. iuris in 6.* secundum communem opinionem vt per *Gram. dec. 65. Crauett. cons. 278. vol. 2. Curt. Iunior cons. 1.* quia hoc fallit quando priuilegium transiret in vim contractus, *Afflict. in c. 1. de nat. feudi, Capyc. dec. 166.* vbi ego scripsi latius, quando possit Princeps reuocare priuilegium suum.

Ego Flaminius Monacus in vtroque Iure Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Clausula quibuscumque, quid operetur, & num. 2. & 3.*
4 *Exemplatio scripturæ Iudicis authoritate an requirat partis citationem, & nu. 5.*
6 *Exemplum an faciat plenam, vel semiplenam probationem.*
7 *Exemplum exempli an probet.*
8 *Exemplum, index, copia, transumptum, an sint idem.*
9 *Testis vnus de visu an faciat semiplenam probationem.*
10 *Semiplenæ probationes duæ, an faciant plenam probationem.*
11 *Assensus Regis an possit impetrari post mortem venditoris, vel emptoris.*
Nicolaus Antonius Gizzarellus laudatur.
12 *Assensum expedire an spectet ad venditorem, vel emptorem.*
13 *Assensum an teneatur Rex præstare.*
14 *Facultas concessa, an videatur consumpta vnico actu, & nu. 15.*
16 *Clausulæ omni meliori modo virtus, & effectus.*

DECISIO XLIII.

Quæ est vltima huius nostri Authoris Minadoi.

1 EX clausula quibuscumque vt veniãt etiam
hi, qui alias non essent successuri, vt dixit
2 *Minadous n. 1.* Adde quod clausula prædicta
comprehendit etiam singulares successores, de
3 quo est *decisio Rotæ Auenion. 68.* & per clausulam prædictam emphyteosis ecclesiastica transit ad hæredes extraneos, vt habetur in *Rota diuersor. dec. 234. par. 2.* & iterum in causa Imolensi bonorum 22. Iunij, & 13. Nouembris 1599. quia clausula hæc quibuscumque, facit actum transitorium etiam ad hæredes extraneos, vt fuit decisum in Rot. Romana 13. Ianuarij 1578. coram Aldobrandino, vt habetur in *Rot. diuers. dec. 393. par. 1. & 248. lib. 1.* & æquipollet clausulæ, & quibus dederit, vt fuit decisum in causa Romana bonorum 7. Februarij 1587. coram Seraphino, de quibus meminit nouissimè *Riccius in Collectan. 964.* & refert *Vrsill. ad decis. Afflicti. 100.* quod anno 1552. referente Regio Consiliario Scipione de Aretio, qui postea fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis fuit decisum in Neap. Consilio in causa Sancti Ioannis in Corte cum Nicolao Iacobo Roderico, quod quando fuit facta concessio ab Ecclesia pro se, & hæredibus quibuscumque, quod transeat etiam ad Collegium laicorum, & ad aliam Ecclesiam,

Digitized by Google

clesiam, & quod inuestitura pro se facta, & hæredibus quibuscumque, non solum veniunt extranei, vt dixi, sed etiã alij, qui ex lege inuestituræ non venirent, ita quod comprehenduntur etiam legatarij, & alij inhabiles, *Socc. Iunior in cons. 72. vol. 1. Dec. cons. 78.* & perbelle *Camer. in d. c. Imperialem car. 28. lit. V.* & latè *Curt. in cons. 2. & in tract. feudor. par. 3. quæst. pen.*

4 *Ad n. 2.* quod in transumpto citata pars non reperiatur, Adde quod semper quod facienda est exemplificatio scripturæ Iudicis authoritate, est necessaria partis citatio, secundum communem opinionem traditã per *Doctor. in Auth. si quis in aliquo documento Cod. de edendo, & Bal. cõs. 395. vol. 4. & Bar. in §. & hoc insuper in Auth. vt sponsal. largit. & in l. Chirographis ff. de administrat. tutor.* facit *tex. in l. nã ita Diuus ff. de adopt. & est tex in l. de vnoquoque ff. de re iud.*

5 *Ad num. 5.* vbi dixit *Minadous*, quod quotiescumque quis lædi non potest per exemplificationem, non est opus quod pars citetur in exemplatione. Adde *Bar. loco citato, & Cardin. Alban. in lucubrationibus ad Bart. in Auth. Si quis in aliquo documento Cod. de edendo*, ratio est quia tunc causæ cognitio requiritur, ideo partis citatio postulatur, *l. in causæ §. causa cognita ff. de minor.* quæ tamen partis citatio non requiritur quando exemplatio esset multum antiqua, quia ex temporis antiquitate præsumitur citationẽ interuenisse, secũdum communem opinionem relatam per *Curtium in d. auth. si quis in aliquo, Alber. de testibus*, vel vbi de consuetudine partis citatio non requiritur, vt per *Bal. & Curt. in d. auth. si quis in aliquo*, vel quando periculum versaretur in mora, *Angel. in d. Auth. & Innoc. in c. vltimo de fide instrum.* sicut etiam si exemplũ fiat per eumdem notarium, qui publicum instrumentum confecisset; quia tunc non requiritur partis citatio, immo quod sufficiat Iudicis authoritas *Anton. in dicto vltimo cap. de fide instrumentor.* immò dixit *Curt. in d. Auth. si quis in aliquo*, quod si ipsemet notarius exemplat, non requiritur nec citatio, nec Iudicis Authoritas, & hæc est veritas etiam in praxi, & tali casu non requiri citationem dicit *Antonius Gamma dec. 251. Fran. Marchus dec. 457. vol. 1. Misinger. in obser. 73. cent. 6.* idem si fuerit instrumenti exemplum factũ manu aliena, dummodo subscriptum manu notarij rogati, *Couar. pract. quæst. cap. 21. Card Parisius cons. 12. vol. 2.* sed quando citandi sint illi qui possunt lædi vide *Ruin. cons. 88. vol. 4. Lanfranc. de Oriano c. 9. in sua praxi, Bertran. cons. 131. par. 3. & cons. 129. vol. 5. Lapum allegat. 7.* post *Doctores in d. Authent, si quis in aliquo.*

6 *Ad num. 5.* vbi dicitur quod vera est conclusio, quod exemplum facit semiplenam probationem, Adde quod hæc est communis opinio, vt dicit *Purpur. in d. Auth. si quis in aliquo documento, & Iason in l. admonendi ff. de iureiur. & Abbas cons. 101.* quia hoc exemplum originali non exhibito plenam probationem non facit, *l. 2. ff. de probat. c. primo cum glos. de fide instrum. Socc. in suis fallent. regul. 179. Duenas in regula exemplum, & Curt. Iun.* dixit hanc esse communem opinionem *in cons. 166.* & de ratione vide eumdem *Curt. & Bart. in d. Auth. Si quis in aliquo, & Felin. in c. 2. Cod. de fide instrum. & Purpurat. in d. Auth. Card. Paris. cons. 35. vol. 4. Bertrand. cons. 135. vol. 7.* & hoc quando exemplum esset scriptum manu alterius notarij, quàm illius, qui fuit rogatus, quia si notarius idem qui fuit rogatus, eum transcripsisset sufficeret, nam æquè originale censetur, *Iason, Zuccard. Mantua, Menoch. in l. fin. Cod. de edicto Diui Adria. tollendo, Gozad. cons. 6. Misinger. obseruat. 74. cent. 6. Couarru. pract. quæst. c. 2. Lapus allegat. 27.* & hanc dicunt communem opinionem *Felin. in c. Alber de testam. & Angel. Aret. in §. nihil instit. de action.* & idem esset si alius excepisset ex originali, & notarius se subscriberet, quia adhuc probat *Angel. in l. si quis §. prætor ff. de edendo, Lapus allegat. 77. Ias. in d. auth. si quis in aliquo*, quia subscribens se scripturæ factæ per alium, sibi præiudicat, ac si totam scripturam scripsisset, *Bart. in l. emptor §. Lucius ff. de pac.* vbi *Angel.* & nisi exempletur ex protocollo Notarij mortui, quia tunc pro publico, & authentico instrumento habetur *c. cũ P. Tabellio de fide instrum. Bar. in l. si quis ex argentarijs §. 1. ff. de edendo, Spec. in tit. de instrum. edit. §. ostensæ, Mising. obseruat. 73. cent. 6.* & quæ ad hoc requirantur dicit *Affl. in dec. 6.* & nisi instrumentum esset in actis per Notarium actorum registratum, & reliquisset exemplum in actis, & de verbo ad verbum per modum registri extractum esset, quia tũc faceret plenam probationem illud exemplum, *Bald. Iacob. de Sancto Georgio, & Angel. in d. auth. si quis in aliquo documento, Dec. in cap. quoniam contra de probat.* Et quod copia in actis reperta faciat fidem, probata amissione dicit *Mobedan. dec. 1. de fide instrum.* Et idem dicendum est in copia inserta in sententia, *Crescent. dec. 10. de probat* & idem quando exemplum esset cum originali collatũ parte præsente, Iudice mandante, *Ant. Faber in diffin. 12. in tit. de fide instrum.* & idem est etiam dicendum, quando aduersarius, contra quem producitur exemplum, habet originale, quod exhibere nolit, quia plenè probat illud exemplum, *Ias. in d. auth. si quis in aliquo, Bal. in l. publicati Cod. de testam. Dec. cons. 16.* & est *decisio Rotæ Romanæ diuersorum 160 par. 3. & 49. par. 1.* nisi qui habet originale, opponat falsum esse exemplum, quia tunc non probat, vt per *Ias. & Bald. locis citat.* sicut etiam probaret exemplum in antiquis, & præter *Doctores in d. auth. si quis in aliquo*, voluit *Dec. cons. 445. Couarr. pract. quæst. cap. 21. Aret. consil. 36. Card. Parisius in cons. 104. vol. 1.* & alij multi, quos allegat *Ant. Gab. Romanus in lib. commun. conclus. in sua 1. conclus. Anna cons. 88.* & alij relati per *Mastrill. dec. 43. & Misinger. in obseruat. 75. cent. 3.* Et similiter probaret exemplũ instrumenti deperditi, quod est conforme schedulæ Notarij, si extant aliæ probationes, vt per *Ant. Fabrum in dec. 25. in tit. de fide instrument.* Et exemplum repertum in archiuio publico probat *Mastrill. dec. alleg.* quando autem non potest haberi instrumentum originale, quia eius facta fuerit iactura, vel sit penes aliquem, qui ad exhibendum cogi non potest, tũc illud exemplum à Notario sumptum, qui bonæ vocis, & famæ sit, probat semiplenè, vt post

Digitized by Google

Bart. Iaſ. & Rip. in d. l. admonendi, latè probat *Card. Pariſius in conſ. 104. vol. 1.*

7 Exemplum autem exempli nunquam regulariter probat, vt præter *Doct. in d. Auth. ſi quis in aliquo documento*, vbi *Bart.* dicit eſſe communem opinionem tenuit *Fel. in c. licet causam de probat. Dec. in c. 1. de fide inſtrum. Alex. conſ. 108. volum. 5.* niſi primum exemplum fuerit Iudicis authoritate exemplatū parte præſente, & conſentiente, vel reclamante, quia tunc hoc exemplum habet vim originalis, vnde exemplum exempli probat *Bart. in d. auth. ſi quis in aliquo*, vbi *Curt. Iun.* & *Bertrand. conſ. 3. vol. 3. & conſil. 131. volum. 2.* Sicut etiam probaret exemplum exempli, quando ſumitur ab exemplo, quod reperitur inter acta, *Anchar. conſ. 41.* ſicut etiam quando exemplum primum eſſet ſcriptum, & exemplatum manu illius Notarij, qui ſcripsit authenticum, quia tunc si primum exemplatur, hoc vltimum probaret, *Bar. in d. auth. ſi quis*

8 *in aliquo documento.* Et verbum hoc exemplum alias dicitur tranſumptum, index, & copia, ſecundum *gloſ. in l. 1. ff. de fide inſtrum.*

9 *Ad num. 6.* quod vnus teſtis de viſu facit ſemiplenam probationem, Adde quia regulariter duo teſtes in omni negocio ſufficiunt, *text. de iudic. & c. in omni de teſtib.* quia in eo duorum, vel trium ſtat omne verbum, *Cur. in c. cùm eſſes de teſtam. Crauet. conſ. 53. Grat. dec. 73. Affl. dec. 72. Coler. deciſ. Gen. 120. Bellon. decis. Genuæ 195.* vnus enim teſtimonium ad probationem faciendam non admittitur, quamuis legitimum, vnde dixit *Hieron. contra Ruffin.* vni, neque Catoni credendum fore, & hoc tam de iure ciuili, vt in *l. in iuranti C. de teſtibus*, quàm de iure canonico, *c. ſuper quibuſdam, & c. licet ex quadam de teſtib.* & etiam de lege diuina, vt in *Deuteronomij cap. 17.* habetur, Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium. Hinc dixit *Alex. in l. Gallus §. ille caſus ff. de lib. & poſthum.* Abſurdum eſſe dicere, quòd vnus teſtis probet pluſquàm ſemiplenè, vbi vide *Bal. Alex. Iaſ. & Soccin.* ſi vnus teſtis deponendo ſuper diuersis factis, poſſit facere pluſquàm ſemiplenam probationem. Sed quidquid ſit, concluſio eſt veriſſima, quod non poteſt facere plenam probationem, triginta tamen caſus poſuit *Nellus de Sancto Geminiano in tractat. circa materiam teſtium poſt Speculator. in titulo de teſte §. reſtat* in quibus vni teſti, vel homini creditur.

10 *Ad num. 7.* quod duæ ſemiplenę probationes faciunt plenam probationem. Adde quod hoc dicunt *Marſil. ſingul. 585. Crauetta conſ. 73. Vrſil. l. ad deciſ. Neapol. Afflict. 11. Balb. dec. 56. Anton. Capyc. dec. 179.* vbi ego ſcripſi, *Bellon. deciſ. Genuæ 119. Loffred. conſil. 8. Surdus deciſ. Mantuæ 12. Graſſis in deciſ. Rot. Roman. 339. par. 1. volum. 1. in deciſ. nouiſſ. Myſinger. cent. 2. obſeruat. 100.* ideo vnus teſtis de viſu, & duo de fama ad plenam probationem coniunguntur *Afflict. in deciſ. 337. & 83.* hinc dixit *Franc. March. in deciſ. 96. par. 2.* quod imperfectæ probationes, inditia, aut præſumptiones, aut fama ad faciendam fidem in delictis iungi poſſunt, & *Peguer. in deciſ. 17.*

11 *Ad num. 9.* quod nulla fuit diſpoſitio non habito aſſenſu ante mortem ipſius Comitis. Adde quod non poteſt aſſenſus impetrari ſuper contractu defuncti in præiudicium hæredis, in quem translatum eſt feudi dominium ſine nouo conſenſu hæredis diſpoſitiuo, & ſuper eo nouus aſſenſus, quia contractus remanſit nullus amiſſa per alienantis mortem ſpe reconualidationis *Iſern.* communiter ſequutus in *cap. Imperialem*, ſed debent hæredes compelli per nouum contractum conſentire, & ſuper hoc contractu nouo expediri aſſenſum ſecundum Deciſ. & Praxim antiquorum *Doctorum*, vt fuit in Praxi receptum, in cauſa Don Ioannis Piccolomini cum Duciſſa Amalfiæ, & in cauſa Io. Antonij Carrafæ cum Duce Traiettæ, in quibus fuit habitum pro vero, teneri hæredes diſpoſitioni per defunctum factæ conſentire, & quod ſe obligari debebant cum bonorum hypotheca, dixit etiam *Præſes de Franchis deciſ. 80.* qui etiam in *deciſ. 704.* refert deciſum, cogendum eſſe hæredem ad vendendum feudum, etiam per capturam perſonæ, vt fuit ita pluries deciſum, & ſeruatum, & de Praxi iſta noua, & antiqua meminit *Regens de Ponte Marchio Marconi in ſuo tractatu de poteſtate Proregis fol. mihi 226. & in conſil. 14. volum. 2.* & de hoc nemo dubitauit, venditore mortuo, vt non poſſit impetrari Aſſenſus, vt per *Afflict. in d. cap. Imperialem vbi Capyc. Loffred.* & *Camerar.* latè *pagina 98. Marin. Freꝛza de ſubfeudis quæſt. 30* ſolus autem *Cardinal. Pariſius* Conſentinus Compatritius meus in *conſil. 40. vol. 1.* voluit intelligere *Andream* loqui in feudo antiquo, non in feudo nouo, vel hæreditario; maius tamen dubium fuit, an mortuo emptore ante impetrationem aſſenſus, ſit neceſſarius nouus contractus, & conſenſus hæredis; & quod poſſit impetrari per hæredem emptoris mortui facit *text. in leg. ſi autem plures ff. de aqua pluuia arcen.* & cum *l. 1. § prodeſt ff. quorum legat. Affl. in dicto cap. Imperialem quæſt. 34.* poſt *Parid. in tractat. de reintegrat. feudor. in cap. incip. olim conſenſus* qui loquitur in terminis, & ſecundum *Afflict.* & *Puteum* iudicauit Sacrum Conſilium Neapolitanum in cauſa inter Marium Carrafam contra Diomedem Carrafam Ducem Cerciæ maioris, & Regni Theſaurarium, vt refert *Conſiliarius Nicolaus Antonius Gizzarellus*, quem ſubtiliſſimi ingenij Iuriſconſultum vocauit *Borrell. in ſumma deciſ. volum. 2. in titulo de fide inſtrumentor. in deciſ. 2.* in volumine deciſionum Sacri Neapol. Cõſilij Collectarũ per eundẽ *Gizzarellũ* nouiter in lucem editarum poſt hæc mea ſcripta anno 1623. & nota hanc deciſionem quia eſt prima deciſio facta de hoc in puncto iſto in Sacro Neapolitano Conſilio, in quo numquam apparebat punctum iſtum fuiſſe deciſum, quæ deciſio facta fuit non obſtantibus multis rationibus per aliquos Conſiliarios adductis, qui in illa cauſa votauerũt, dicentes opinionẽ *Andreæ* vẽdicare ſibi locũ in vtroque, ſcilicet emptore, & venditore; quia *Andreæ in d. c. Imperialem* fuit doctrina in vẽditore, dixit tamen *ibi Gizzarellus*, quod ſi mortuo venditore hæres impetra-

ret

Digitized by Google

ret assensum, prout ibi impetrauit hæres emptoris, sufficeret pro consensu, & cessaret omnis dispositio, quia illa quæ dixi superius, venditore mortuo intelligenda sunt, nolente venditoris hærede stare contractui, & non impetrante assensum, sed eo impetrante res clara est, & indubia, nam ipsius hæredis esset consensus declaratiuus, & translatiuus, dotis tamen fauore passim conceditur assensus post mortem viri, argumento *tex. in leg. si ego ff. de iure dot.* & dicit *Capyc. in inuestit. feud. fol. 77.* nec mirum si diximus superius de impetratione assensus per
12 emptorem, & venditorem, quia licet expedire assensum ad venditorem spectet ex regula *text. in leg. final. Cod. de iure emphyteotico*, & ex *Paride de Puteo*, vt refert *Regens de Ponte in consil. 14. volum. 2.* attamen assensus impetrari potest tàm per emptorem, quàm per venditorem, vt dicit indubitabile *Consiliarius Romitus in Pragmat. 26. in titulo de feudis*, & dixi Ego etiam in *Pragmat. octuaginta nouem capitum Regni Neapolitani in cap. 74. in initio*.

13 *Ad num. eumdem*, quod si alienatio facta est in fidelem, assensus debet haberi pro præstito, Adde quod Princeps tenetur assensum præstare, *Corn. cons. 250. vol. 3. Surdus dec. 182.* quando causa est legitima, *Menoch. de arbitrar. Iud. in casu 182.* attamen si alicui sine causa iusta denegaretur, secundum honestatem Dominus non faceret, *Andr. in c. 1. de inuestit. de re alien. fact.* non tamen esset compellendus, vt concludit *Camerar. in l. imperialem cart. 86.* & propterea dixit *Consiliarius Rouit. in prag. 9. de feudis*, quod si alicui sine iusta causa assensus denegatur, in eius iniuriam redundaret, ex regula *tex. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. æstiua*, licet assensus gratia sit, & ante eum *Corn. in cons. 230. vol. 3. Sola in constitut. Pedam. in tit. de feudis in 2. part. Glos. 2. in principio.* Quicquid dixerat in contrarium *Natta cons. 64. & 165.* vt aduertit *Surdus in dec. 221.* & dixit *Andr. in c. 1. de inuestit. de re alien. fact.* quod quando vassallus est Principi gratus, non præsumitur Principem de honestate esse assensum ei denegaturum, & nullam esse causam, si ille in quem alienatur feudum est fidelis, *Afflict. in c. feudum, si de feud. defunct. milit. Regens Lanarius Comes Sacchi in cons. 6. & in §. donare qualit. poterat olim feud. alienari*, & hæc est vna limitatio, quam facit *Capycius in sua inuestitura in verbo necessitas*, ad illam regulam, Regem non teneri assentiri, vbi posuit alias limitationes, & *Andre. idem in Constitut. si quis post litem* dicit, Dominum cogi consentire, quando ex feudi necessitate fit, & propter onus feudi paterni, vel propter sororis dotem, vel filiæ, vel pro soluendo seruitium domino, & Regem ex causa posse assensum denegare fuit decisum in Sacro Regio Neapolitano Consilio, vt dicit *Io. Vincentius de Anna in allegat. 39.* in causa status Mesorachæ, & ex quibus causis Rex assentiri teneatur dicit etiam idem *Regens Lanarius cons. 6.* immò *Doctores* ex *Nicolao de Neapoli, Aret. Pampbil.* communiter posuerunt casum in Rege, vt in illis casibus in quibus assensum præstare debet, habetur pro consentiente, si denegat assensum præstare, vt dicit *Capyc. in c. Imperialem c. 22. Afflict. in c. feudum in tit. si de feudo milit.* & latè *Loffred. in c. 1. §. donare qualiter olim feud. poter. alien.* in tantum quod domino requisito recusante absque causa assentire, habetur pro præstito, secundum scribentium opinionem, *Regens de Ponte Marchio Murconi in cons. 14. in fine vol. 2.* ex traditis per *Bart. & Doctor. in l. si cum dotem. §. eo tempore ff. solut. matrim.* & in casu concessionis feudi cum potestate alienandi, Regio tamen interueniente assensu, vt in casu huius decisionis, quod teneatur Rex assentire, quia intelligitur ex tunc assensus à Domino promissus, *Loffred in t. 1. §. donare qualiter olim poterat feudum alienari, Camerar. in c. Imperialem cart. 29. lit. V. Affl. in c. feudum, ea lege, si de feudo defun. contr. fuerit, & Capyc. in d. c. Imperialem col. 99. & 163.* & tenent communiter *Doctores*, quos refert, & sequitur *idem Regens de Ponte cons. 42. vol. 2. & in cons. 2. vol. 1.* vbi dicit hanc opinionem apud nostros *Doctores* esse indubitatam, & communem, à qua nullus discrepat. Immo quando Dominus potestatem alicui concessit alienandi, & assensum sibi reseruauit, vt in casu huius decisionis, non fuit propter aliud facta illa assensus reseruatio, nisi vt videatur si alienatur feudum fideli, vel infideli, per *cap. Regni Neap. item statuimus*, quo casu omninò tenetur dominus consentire, quando fit alienatio in fidelem, *Affl. in d. c. feudum, ea lege.* non enim habet causam denegandi assensum, si persona est fidelis, *Affl. in c. omnes filij, si de feudo defun. militis.*

